# I.
## DISSERTATIO
De
# SUBDITORUM, ET MAXIME RUSTICORUM, OPERIS,
## Von Frohn-Diensten/

*PRÆSIDE*

JO. ANDREA FROMMANNO,
U. J. D. & P. P. Universitatis t. t. Rectore & Facultatis Juridicæ Decano,

*Respondente pro Licentia*

JACOBO MUNZIO, Alfdorffensi,
Tubingæ A. 1671.

*Ad B. L.*

*Xantlato jam, Divina annuente gratia, utroque juris examine, ex concessa mihi, ab Amplissima celeberrimæ hujus Academiæ Facultate Juridica, pro gradu disputandi Licentia, disputationem, ut vocant, inauguralem meditabar: inter varias igitur, quæ occurrebant, materias, præsens de OPERIS SUBDITORUM, in Cathedrâ vix semel aut bis visa, in aulis tamen Principum & Nobilium, hac ætate, frequentissima pariter ac utilissima, plena manu sese mihi insinuavit: vix tamen primâ aleâ jactâ, non potui non deprehendere, quam arduum*

*duum sit juveni, in schola hactenus tantùm versato, tot & tantis difficultatibus, nec non periculis, (quibus hoc argumentum, moribus potiùs, quàm jure civili scripto, introductum, firmatum, cognitum, mille modis est implicitum) sese extricare. Veruntamen, ipse tandem mihi obfirmato animo persuadebam, gravitatem hujus materiæ (quippe quæ & gravissimorum JCtorum ingenia exercuit, interdum & fatigata reddidit,) eo faciliùs erroris veniam merituram: sed & pericula illa de generibus eorum esse, in quibus cum Frehero, vel errare vel hallucinare, sua laude non careat. Neque tamen perfectà methodo hanc, latissimè patentem, rem tractare animus erat, sed pauca tantùm, attamen præcipua, exinde decerpere; partim quia subsidiis, ad id summè necessariis, libris sc. idoneis, consuetudinibus, statutis, documentis, responsis, sententiis, præjudiciis, præprimis vero viribus ingenii, & practica experientiâ, Principem in hoc genere materiarum locum facilè obtinente, destitutus: partim, quia cætera Viri Eruditissimi, interque eos,* Erhard & Dn. Balthas. in suis de operis tractatibus, *pro rei dignitate pleniùs & exactiùs excussére; quorum etiam opiniones sæpiùs referre, quàm temerè decidere, consultius & tutius duxi; ne vel præclaris illorum laboribus maculam aliquam aspergerem, vel incautiùs partium juribus quid adderem aut detraherem. Ut verò hæc omnia ex voto feliciter mihi succedant, Deum T. O. Max. ardentibus humilibusque precibus supplex veneror.*

## Punctum I.

OPERARUM *varia* Significatio.

OPerarum vocabulum variè aliàs, etiam in jure Civili, acceptum, (V. Jun. Euchard. Erhard. *Dissert Inaug. de operis Rustic. th. 6. lit. a.* latè Dn. Balthas. *de Op. Subd. c. 3.*) nobis significat diurnum officium sive ministerium, equis, jumentis, plaustris, manibus, aut aliis etiam modis, gratis ferè, aut modico interdum, zu einer Ergötzlichkeit, interveniente ad alterius emolumentum, exhibendum. Ein täglicher Dienst, oder Arbeit, so zu der Herrschafft Nothdurfft, mit Vieh oder eygener Person, mit, oder ohne, gewisse Maß, verrichtet werden muß, *l. 1. l. 3. l. 22. ff. de Op. Lib.* Bayer. Land-Recht. *tit. 22. art. 1.* Et ad id significandum, frequentiorem, si non perpetuum, hujus vocabuli usum, in plurali numero videre licet. Accipitur tamen non rarò (ut id plurimis vocabulis accidit) *abstractivè*, pro jure operarum: eoque

*tum*

*tum activo*, potestate sc. operas exigendi; *tum passivo*, pro onere operas præstandi.

2. Earum etiam, apud varios, variæ reperiuntur appellationes, V. dd. Auth. Besold. *l. 1. Disp. Polit. 10. num. 63.* An verò Angariarum & parangariarum etiam voce veniant, non consentiunt Dd. Id quod ajunt Andr. d. Isenia. Matth. de Afflict. Rosenth. *de Feud.* Wendel. *de Regalib.* testib. Erhard. *d. Diss. thes. 6. l. a.* Balth. *d. tr. c. 3. p. 47.* nec non Auth. *Monument. Virg. Sacr. in Duc. Wurtemb. p. m. 60.* Speid. *in Spec. v.* Frohn. Besold. V. Angariæ: ibi, Angariæ seynd Frohndienst. Toto cælo verò operas ab angariis differre, docet Boc. *in disp. d. reg. th. 17. l. c.* Heiden. ap. Fritsch. *p. 1. Exerc. J. Publ. 10. thes. 91.* Spreng. *Jurisp. Publ. lib. 2. c. 22.* nec aliud vult Balthas. *d. p. 48.* ubi varias, non tamen adeò certas, adducit differentias. Nobis certè tanta saltem diversitas hodie non subesse videtur: quod, præter alios plures, qui angariarum onus cum nostro Frohnen convenire docent, confirmant hinc inde Auth. *controversi juris Wildfang*, qui dictis vocibus promiscuè utuntur. Burgold. *ad J. P. p. 3. d. i. p. 11.* Vid. Dn. von Seckendorff im Teutschen Fürsten-Staat *p. 3. c. 3. p. m. 352.* ubi de angariis & parangariis inquit: daß sie zwar unterschiedlich, aber insgemein also erklärt werden, daß die Unterthanen schuldig seyn, in Fällen, da die Lands-Herrschafft ihre Diener oder Mobilien über Land und Wasser führen lässet, Wägen, Pferd, und Schiffe herzugeben: Dieses aber ist heut zu Tag, ausserhalb der ordentlichen Frohnen, oder um gewohnliche Bezahlung, ungebräuchlich ꝛc. Add. Sixt. *d. Regal. 2. c. 13. num. 48. p. 235.* Gudelin. *de jur. Noviss. lib. 5. c. 3. p. m. 220. v. Septimus locus.* Cujac. *ad T. C. d. curs. publ.* Dn. Tab. *de Metat. p. 2. c. 3. num 4. p. 89.* Magnif. & Nobiliss. Dn. Myler ab Ehrenbach, *d. Princip. & stat. Imp. p. 2. c. 72. rubric.* Disp. sub Magnif. & Ampliss. Dn. Præs. Patron. atque Præcept. meo summè colendo, habita *de Jure Vinear. p. spec. n. 24. p. 26.* Dn. Text. *d. Jurisdict. terr. th. 133.* Sub collectarum etiam & tributorum nominibus, satis largè tamen acceptis, operas comprehendit *Maul. d. Collect. c. 1. n. 25.*

*Diversæ Appellationes apud Latinos.*

3. Vernaculâ nostro alibi Scharwerck: alibi Robwold: in Suevia aliisque vicinis Provinciis, frequentiùs appellantur Frohne, Dienst, vel conjunctim etiam Frohndienst, Knichen. *d. vestit. pact. p. 2. c. 3. num. 28.* Boc. *d. l.* Mev. *ad Jus Lubec. lib. 1. tit. 3. art. 2. n. 11.*

*Germanos.*

*n. 11.* ab antiquo vocabulo Frohn, quod priſcis Alemannis, ſecundum plurium interpretationem, ſacrum: heilig: denotabat, Wehner. Speid. voc. Frohn. Hahn. *ad t. d. Op. libert. &c.* Non tamen improbanda videtur opinio Beſoldi, vocem illam communе, populare, publicum, gemein, ſignificaſſe, dicentis, *Conſ. 232. num. 138.* Hinc Frohnen, Vadiano, referente Lehm. *Chron. Sp. l. 4. c. 14.* dicitur de ſervis, quando communes & debitas operas domino præſtant; Frohnen iſt gemeine Dienſt leiſten, Beſ. *de Regal. c. 9. num. 10.* Alb. Berens *Diſput. d. Regal. theſ. 84.* Unde & Frohnfaſten, Frohnbott, Frohnwaag, ꝛc. Würt. Lands-Ord. *p. 153. §. f.*

Diſtinctio inter Dienſt & Frohn-Dienſt.

4. Infert exinde Beſold. *d. l.* propriè Frohndienſt illas operas dici, quæ publicam utilitatem alicujus territorii vel univerſitatis concernunt, & ab omnibus ejusdem territorii ſubditis præſtari debent; cujusmodi ſunt, quæ fiunt ad refectionem pontium, viarum publicarum &c. Dienſt verò dici operas à ſingulis ſubditis debitas, quas dominis ſuis exhibere debent, prout vel conventum, vel ab antiquo obſervatum: Hæc tamen vocabula pro Synonymis accipiunt Wehn. *V.* Dingnottul. Geil. *de Arreſt.* Knichen *d. c. 3.* Erhard, *d. tr.* cum plurimis aliis, nec ipſo Beſoldo alibi, nec uſu perpetuo, nec ratione Beſ. adeò repugnante. Aliæ tamen hujus vocis Dienſt, ſeparatim poſitæ, ſignificationes, nobis alieniſſimæ, quotidiè occurrunt, V. Mag. *de Advoc. arm. c. 10.* Sed & vocabulo Frohn variè uti & abuti ſolent, ut id non raro obſervare licet.

*Ad quæ Munera Opera referenda?*

5. Munera mixta (triplex enim eſt diviſio munerum Civilium, ſecundum Arcad. *in l. 18. d. Mun. & hon.* nam quædam perſonalia ſunt, quædam patrimonii dicuntur, alia mixta. v. Hahn, *ad d. t.* Mund. *d. mun. in præloq. n. 16. & ſeqq.*) à Rep. Chriſtiana, propter magnum rigorem, penè omnia abolita eſſe, aſſerit Caſp. Klock. *d. Coll. concl. 4. & de Contribut. c. 2. num. 23. 84.* Arum. *Diſc. J. P. 18. theſ. 14.* Inter alia tamen, quæ nec dum eſſe deſiſtunt, idem Klock. refert operas noſtras. *n. 32.* cum Weſenb. *ad T. de Mun.* Huſan. *d. propr. hom. c. 6.* Erhard *concl. 6.* Imò hanc ſententiam communem eſſe, teſtatur Balthaſ. *c. 4. p. 73.* quam noviſſimè ſequitur Eckolt. *ad d. t. d. Mun.* Nos, ut id non ſimpliciter negamus, ita quasdam interdum ſimplicis muneris dici poſſe, pronunciare nil veremur. Vid. Roſenth. *d. F. c. 5. q. 70.* Add. Balthaſ. *p. 169.* Erhard *concl. 19.* Huſ. *c. 6. num. 80. & ſeqq.* Ita enim non tantùm munera extraordinaria in ordinaria, realia in perſonalia mutari, idemque munus diver-

ſo

so respectu, vel personale, vel reale, dici posse, sentiunt quidam Interpretes. v. Brun. *ad l. 1. C. d. Indict. l. f. C. d. annon. & trib. l. 2. & seqq. C. d. Mun. patrim.* sed & omnia personalia mixta fieri posse, ipse docet JCtus in *d. l. 18. §. p. & ult.* Poncet. *n. 9. d. Civib.* Add. Klock. *d. c. 2. n. 87. & c. 11. n. 31. & seqq.* Vid. tamen eundem *c. 13. n. 34. & c. 17. n. 202.*

*Operarum divisio in ruricales & manuarias.*

6. Duplex vulgò operarum circun fertur differentia; Primò enim, quoad præstandi modum, quædam dicuntur *Ruricales*, Ahr-Pflug-oder Wagendienst, ꝛc. quædam vero *manuariæ*, Hand-oder Fußfrohn, Hapendienst: Priores communiter præstant illi, qui integram habent hubam vel mansum (de quibus vocabulis v. Knich. *d. vestit. pact. p. 2. c. 3.*) sive qui tantum agrorum possident, ut equos vel boves aratorios Zugvieh alere possint, Ziegl. *ad aur. pr. Calv. §. Nobilis n. 55.* Klock. *de Contr. c. 2. n. 52.* H. Stam. *d. Servit. perf. l. 3. c. 21.* de quib. v. Bes. *Th. Pract. v.* Pflugdienst. Inde Anspänner, Hüffner, audiunt, Mev. *d. l. n. 13.* Hæ vero manu corpore que exhibentur, à tenuioribus regulariter, quibus tantum facultatum non est, ut peculiares alere equos, & vecturæ, arationisque officia implere, possint, sed manu operaria sese sustentare solent. v. Stam. *d. l.* Wehn. v. Ding nottul. ubi hac in re locales consuetudines & ordinationes potissimùm attendendas monet: Hinc im Bayer. Land-Recht. *tit. 22. art. 6.* dispositum legitur, wer mit Rossen scharwercket, der soll von der Hand-scharwerck (wann von alters kein anders herkommen) frey gehalten werden.

*in Certas gemessene.*

7. Deinde, quoad quantitatem, præprimis distinguuntur in *determinatas*, gemessene, gesetzte, Frohn-Schnitt- und Hewtäg; & *indeterminatas*, ungemessene, alltägliche, Frohn und Dienst: Quarum illæ dicuntur, quæ ad certum tempus, aliasque circumstantias sunt restrictæ: da man der Herrschafft 3. 4. oder mehr Tag in einem Monat oder Jahr, mit Treschen, Schneiden ꝛc. zu dienen muß, Gail. *2. O. 62.* Wehn. v. Allerdienst. Bes. v. Frohn. Sich. *in C. ad T. d. Op. libert. ad rubr. num. 13.* Hisce dominus contentus esse debet, neque ultra præfinitum numerum, qualitatem aut modum, quidquam exigere poterit, wer zu gemessenen, gewissen Arbeiten und Tagdiensten verbunden ist, der kan wider seinen Willen, darwider und zu weitern nicht genöthiget werden. *Const. Elect. 51. part. 2.* Ziegl. *d. §. Nob. num. 118.* Hahn. *d. Op. lib. num 4.* Rosenthal. *cap. 5. quæst. 71. c. 8. quæst. 21.* Balthas. *c. 12. p. 299.* Brunnemann. *ad l. 23. C. de*

*C. de Agric. & Cens.* Maul. *de homag. tit. 4. num. 11.* Secus si fecerit, seu vi & metu, seu dolo & fraude, malisque artibus, non potest non impingere in primum, ab ipsa natura inditum, juris præceptum: *suum cuique tribuendum:* in decalogo, sub præcepto maximè: *non furtum facies*: repetitum. Es wäre dann, daß einer oder der ander mit gutem Willen weiter Arbeit des Jahrs verrichten oder sich durch Special-Pacta zu mehr Tagdiensten verbinden lassen wolte, *dd. Auth.* Hinc de illis rara disceptatio. Klock. *n. 84.* In dubio, si certæ operæ expressæ, eas potiùs restrictivè, quàm demonstrativè, intelligendas, notat Dn. Brunnem. *ad l. 30. d. Op. lib.* & ita interpretandas, ne subditorum conditio fiat deterior, Berlich. *p. 2. dec. 281.* Concludunt inde, subditos domino zum Bauführen eines Rittersitzes obstrictos, ad novas filiorum ædes exstruendas non cogendos operas conferre, Treutl. *v. 1. d. 2. th. 4.* Speid. *in Spec.* v. Frohn. Item, eos, qui ad fimum vehendum tenentur, zu Mist führen, ad dispergendum eum & portandum non teneri, denselben zu spreiten, einzumachen, oder in die Weinberg zu tragen, Wehn. v. Tungung. Nec, si, v. c. per tres dies ad lupulum decerpendum, glandes aut uvas legendas, den Herbst einzumachen, obligati fuerint, uno verò anno lupulus, glandes aut uvæ non creverint, determinatas illas trium dierum operas in alias converti posse, Erhard *concl. 7. l. b.* Balth. *c. 12. p. 301.* Add. Brunnemann. *ad l. 30.* Quod ipsum quidam in illis operis procedere dicunt, quæ æquivalentem convenientiam nullam habent: in aliis verò, quæ æquipollentiam quandam sapiunt, atque operarum debitorem, ultra præfinitam præstandi rationem, aut nihil, aut parum admodum, gravant, commutationem illam non improbandam; quod æquitati non inconveniens putarem, imprimis si determinata servitia domino nullo unquam forent usui. v. Balthas. *c. 16. p. 400.* Huc pertinet quæstio: num rustici obligati ad arandum quotannis 3. petias terræ pro injiciendo ac seminando hordeo, easdem arare cogantur, si dominus fundi non hordeum, sed avenam, injicere velit: Item, rustici obligati ad excolendum certum districtum agrorum, sub formula: allenthalben, was in solchem Bezirck begriffen, nichts davon ausgeschlossen, an teneantur etiam excolere agros, post contractum in illo districtu quæsitos? de quibus v. Schäffer. *J. q. 37. 44. 45.*

*Quæstio de iis.*

8. Id in vicinia quæsitum memini: wann v. c. die Unterthanen Jahrs zu 3. Tagdiensten verbunden, ob sie von ihrer Herrschafft

zu

zu weitern Geschäfften und mehr Tagarbeiten, doch um billichen Taglohn, könten getrungen werden? Nemo equidem locare vel conducere cogitur invitus, *l. 11. l. 32. C. loc.* ut nec rustici, aut illorum liberi, operas suas certa mercede elocantes, eas propriis ipsorum dominis potiùs, quàm aliis, elocare jure teneantur, *arg. l. 21. C. Mand. l. 14. C. d. contrah. Emt.* Nobil. ac Amplissimus Dn. D. Lauterbach. *Patronus atque Præcept. summè venerandus, prælect. ad Tit. Loc. §. 1. memb. 4.* Carpz. *J. F. p. 2. c. 51. d. 9.* Balthas. *p. 175.* ex quibus quæstionem regulariter negativè decidendam esse, in aprico est. Wann jedoch die Herrschafft über die Tagsfrohnen unentbährlich mehrer Arbeit bedürfftig, scheinet Christlich, billich, und wohlanständig zu seyn, wann die Unterthanen der Herrschafft ihre nöthige Geschäfft um billichen Lohn verrichten: Cùm subditi generaliter ad fidelitatem, obedientiam & munerum præstationem, se obstringant. Schwören ihrem Erb- und Lands-Herrn, und dessen Erben, getreu, hold, gewärtig und gehorsam zu seyn, deren Schaden zu wenden, und zu warnen, nutz, frommen und bestes zu werben und zu befördern. Gail. *d. Arrest. c. 7. n. 10.* Knich. *d. Sax. non provoc. c. 5. n. 508.* vid. Maul. *d. homag. tit. 3.*

9. Indistinctæ (quales sunt, quæ ex superioritate territoriali primit. fluunt, aut quæ per conventionem vel similem causam restrictæ, aliquando per contrariam causam ad indeterminationem sunt deductæ) dicuntur, quæ dependent ex libera voluntate, & religione dominorum, nulloque tempore, modo vel qualitate sunt circumscriptæ, & toties in anno præstari debent, quoties exiguntur. Gail. *2. O, 62.* Klock. *d. c. 2. n. 54.* Erhard. *concl. 7.* quas tamen non ita accipiendas monet Bes. v. Frohn. quasi in infinitum extendi queant; hîc enim spectandum, non quid extremè per vires, sed quid commodè, his salvis, possint. Brun. *ad d. l. 30.* Civiliter igitur hæc verba intelligenda, ita, ut ad æquitatis regulam, arbitrium boni viri, juxta subditorum fortunam, substantiam, possibilitatem, aliasque circumstantias restringantur. seyn in solche Maß und Zahl zu richten, damit die Unterthanen und Dienstleut, wider Gebühr, Billichkeit und Müglichkeit nicht gravirt, auch ihnen, sich selbst, Weib, Kind und Gesind zu nähren, Weingarten, Aecker, und Güter zu bauen, Zeit, Weil und Gelegenheit gelassen werde, *arg. l. 17. 19. 22. §. f. l. 30. 50. d. O. L.* Ming. *d. sup. territ. thes. 79.* Becht. *d. salv. cond. thes. 52.* Ziegl. *d. 5. Nob. num. 120.* Limn. *l. 6.*

& Incertas, ungemesse ne.

*l. 6. J. P. c. 4.* Balth. *p. 312.* nam, ut aliis quibuscunque rebus, ita præprimis operarum excessus in lubrico, moderatio in tuto atque in laude posita est, Paul. d. Castr. *in l. 137. §. 2. d. V. S.* Brunnem. *ad d. l. 30.*

*De operis* arbitrio domini *commissis.*

10. Conventionem operarum, quot dominus voluerit: vel quot ipse arbitratus fuerit: so offt die Herrschafft den Unterthanen gebrauchen wolte: frustra invalidam pronunciat, per *l. 35. §. 1. ff. d. contr. E. V. l. 12. C. eod.* Erhard. *concl. 23.* quem sequitur Balth. *c. 12. p. 337.* his quippe verbis, nil ultra indistinctas operas promissum esse, nec prout sonant, effectum habere, sed arbitrium illud ad æquitatem redigi debere, patet ex iis, quæ *præced. puncto* dicta sunt, vid. *l. 30. d. O. L.* Sich. *ad Rubr. C. d. t. num. 15.* Cœterùm indeterminatas hasce operas expedit non rarò determinari, ad evitandum iniquas subditorum querelas, plurimas lites, quæ exinde oriri solent, & expedienda commodiùs utrinque rei familiaris negotia. Hinc illam determinandi facultatem Besoldus adscribit der Lands-Obrigkeit: *Consil. 189. n 20.* eamque sibi Elector Sax. in suis terris reservat. *Nov. Elect. Aug. p. 2. const. 52.* Klock. *d. c. n. 53.* Sed & id nonnunquam fieri solet, ut, loco earundem, per contractum onerosum, certæ pecuniæ summa præstetur, ut elegans in hanc rem Facultatis inclytæ extra resp. apud Bes. *p. 4. concl. 175.* aut per transactionem aliis renuncietur. vid. And. Gielman. *rerum judic. Cam. lib. 1. dec. 8. per tot.*

Notab. *de incertis.*

Origo & Fundamentum. *juris Operas exigendi.*

11. Si vera sunt, quæ de operis nostris, eas scil. contra jus commune esse, ejusque prohibitioem, ac proinde odiosas appellari, Dd. ferè communiter prohibent, *per l. un. C. Ne op. à Collat. exig.* & Gl. ib. *l. 1. C. ne rustic. ad ullum obseq. devoc.* Brunnem. *ad d. l. 1.* Klock. *d. cap. n. 40. & 47.* ubi propterea possessionem illarum in dubio vitiosam, per dominorum impressionem & vim, quibus subditi pares esse nequeunt, extortam, præsumendum esse, persuadere conatur; cui adstipulatur Merkelb. *ap. Klock. cons. 5. p. 86.* (quamvis non desint, qui textus illos ad illicita & extraordinaria servitia velint restringere. v. Brunn. *ad d. l. un.* Poncet. *de Civib. n. 16.*) originem illarum minus rectè juri communi adscribemus. Besold. *d. Reg. c. 9. n. 6.* arbitratur, *Francos, Gallia, Allemaunia, aliisque Germ. regionib. occupatis, jure belli multa jura sibi reservasse, imò proprietatem fundorum; eosq; subditis tantùm jure coloniarum reliquisse ipsisq; subditis operarum variè injunxisse præstationes.* Alii aliis nituntur

nituntur conjecturis: Plerique in eo consentiunt, quòd originetenus ex pactis & conventionibus. (quibus libertorum forte jura occasionem quandam dedere) descendant, quæ inter dominum ac subditos initæ, atque successu temporum continuatæ, & denique in universalem consuetudinem redactæ sint, Carpz. *Resp. jur. lib. 1. tit. 6. Resp. 56.* Balth. *c. 1. p. 17.* ut fortassis non malè huic operarum juri accommodari possint ea, quæ de jure Austregarum profert Auth. *Comitiol. Ratisb. p. 5. p.m. 390. quod ab initio à parte minorum Gentium fuit voluntarium, tractu temporis, respectu, authoritate & præeminentia potentiorum factum fuit necessarium:* sic indicta illa, quæ vulgò Bethe dicuntur, ab initio blandè per rogationes exigebantur, hodie per modum præcepti: atque ita ex precario, præceptum, ex bethen, gebiethen & ex bethe factum est Gebott, juxta illud, *est rogare Ducum &c.* Besold. V. bethe. Faciunt huc & ea, quæ de contributionum nativitate & incremento Klock. *c. 1. n. 97. & seq. & n. 116. & seqq.* de metatorum introductione Dn. Tabor. *d. Met. p. 1. c. 4. inprimis n. 9. p. 23.* de Clavium oblatione, Knipsch. *lib. 2. de Civit. Imp. c. 1. num. 67.* adducunt. Certè operarum præstationes, nunc in Germania, aliisque Europæ Regnis ac Rebus publicis, per longam & diuturnam consuetudinem ab aliquot retro seculis, usitatæ, atque pro lege habitæ sunt, Balth. *d. c.* Nec quenquam hodiè tam temerarium esse crediderim, ut consuetudinarium hoc jus Divinis Legibus, vel humanis constitutionibus omnibus, repugnare, diceret: *Quis enim est, qui subditos non teneri putet ad colligendas segetes Principis, & ad serviendum illi, qui vitam, & omnia sua, pro salute eorum semper tenetur parata habere?* inquit Arnis. *d. Jur. Maj. c. 1. lib. 2. p. m. 161. Tantumne non merebitur oculus vigil Principis, manus defendens Regis, ut ex L. gratitudinis præstet aliquid rusticorum unus & alter illi, cui post DEUM, debet Spiritum, cui universitas animam, quam tot millia hominum trahunt. Sanguinem prodigere debet pro salute Principis subditus, quidni impendet aliquid laboris, qui se debet: cur non jumentum quoque & asinum?* Plurimum Reverendus Theologus Dn. D. Osiander *in Dissert. Theolog. Polit. d. Jure Regio, th. 8.* Non debet detrectare leve aliquod incommodum, qui tanta ex tutela publica Principis, aut alterius, ejusdem vice fungentis, percipit commoda & emolumenta, *arg. l. 14. C. d. Suscept. Add. l. 3. in f. C. d. quadr. præscript. Nov. 1. præf. N. 8. præf. N. 43. & 46.* Wahremb. ab Ehrenb. *d. Reg. subsid. p.*

*m. 100. num. 7.* Conſ. Reinking. *l. 1. Cl. 5. c. 4. n. 96.* Klock. *d. tr. c. 1. num. 91. & ſeqq.* latè Herm. Lather. *1. d. cenſ. 2. num. 4.* Dn. Tabor. *de Metat. p. 2. cap. 1.* Confirmant id non ſolùm Germaniæ, Italiæ ac Galliæ, de operis ſtatuta, vel etiam conſuetudines (ut modo dictum) in tota ferè Europa hac in parte vigentes, ſecundum quas, tam in Supremis Imperii Conſiſtoriis, quàm etiam in aliorum Principum ac Civitatum tribunalibus judicatur, teſte Balth. *c. 2. p. 30.*

*An exigantur vi vel Jurisdictionis Criminalis?*

12. Cæterum quonam referendum ſit jus operas exigendi, non una omnium eſt ſententia. Univerſali ferè Germaniæ conſuetudine, ſervitia & munera hæc, vi ac poteſtate jurisdictionis, exigi, poſt plures alios, latè probare conatur Balth. *c. 7. p. 107.* eaque propter inter fructus jurisdictionis, indubitanter retulit Gail. *d. Arreſt. c. 10.* quod tamen textibus ab ipſo adductis non probari poſſe, contendit Klock. *d. c. 2. n. 38.* qui & ipſe tamen vix firmiores ſubſtituere videtur. Ad quam verò jurisdictionis ſpeciem, ſive potius partem, illæ pertineant, iterum non minus dubitatur: Et ei quidem qui in loco criminalem jurisdictionem habet, operas præſtandas eſſe, communiorem ſententiam dicit Otto *d. J. P. c. 11. p. m. 430.* quem ſequitur Dn. Wurmſ. *p. m. Exerc. J. P. 9. th. 41.* At aliter ſentit Balthaſ. *d. c.* operas ruſticas ad actus jurisdictionis ſimplicis ſive baſſæ, den niedern und Erb-Gerichten, referens; ut ita hac jurisdictionis parte munitus, etiam jus operas exigendi habere dicatur. *Beſold.* tamen & *Speid.* hac V. poſt *Mollerum* ac *Knichen*, certi juris eſſe docent, quod jurisdictio ſive ſuperior ſive ima, nihil commune habeat cum ſervitiis ac operis, die Obrigkeitliche Jura und der geleiſte Burger-Eyd, ziehen die Frohn und Dienſt, als einen Effectum, nicht nach ſich, und beſtehet die Jurisdiction, vornemlich in jure dicendo & defendendo, und nicht in oneribus imponendis, tradit quidam ex Maulio *d. hom. tit. 4.* Add. Carpz. *conſtit. 52. p. 2. d. 9.* Klock. *d. c. num. 36.* Exinde non pauci concludunt, operas non vi ac poteſtate jurisdictionis, ſed potiùs propter dominium directum, proprietatis jure, exigi: ideoque, in dubio, domino proprietatis, dem Erb- und Eigenthums-Herrn, à quo *ruſtici* ſua bona in vim beneficii recognoſcunt, nicht aber dem Gerichts-Herrn, adjudicari, Becker *d. J. P. lib. 3. c. 4. p. 193.* Speid. *h. v.* Id ipſum tamen cum citra conventionem expreſſam vel tacitam non fiat, Balth. *c. 7. p. 109.* alii operas ex conventione vel præſcriptione tantùm

*Civilis?*

*vel dominii directi?*

*vel Conventionis?*

tùm deberi posse arbitrantur, Rudolph. ab Heiden. ap. Fritsch. *p. 1. Exerc. 10. th. 91.* Bocer. *Disp. d. Reg. th. 17. l. c.* Rursus alii juri mancipatûs tantùm, der Leibeigenschafft, accensent, Gryphyand. *ap. Arum. v. 2. Disc. 26. num. 107.* Alii denique Jus Operarum inter regalia, ac consequentia jurisdictionis territorialis, der Landsfürstl. hohen Obrigkeit (d. quâ in seqq.) recensere malunt; Caspar Leipold. *ap. Arum. d. Concurr. jurisdict.* Sic enim ille probat, eum, qui hac fruitur, von Landsfürstl. Ober-Herrlichkeit und Hoheit wegen, etiam insalutatis, dem Cent- und Vogtey-Herrn, eorum districtuales, auch die Uncentbarn und Vogteyliche Untersassen und Lehenleut ad Jagdfolg, Pferd- und Hand-Frohn und Dienst, zu Fortführung der Jagdhund, Zeugs- und Netz-Garn ꝛc. cogere posse. Author. des Wertheimb. Gegen-Berichts contra Würtzburg. *p. 1. c. 16.* concludit, dieweil nun unlaugbar, daß alle jetzt angedeutete, mit Feinds Gewalt eroberte, Schlösser, Städt und Dörffer, über zwey, auch drey oder mehr, hundert Jahren, der Graffschafft Wertheimb incorporirt und inseparabiliter anhängig; Dannenhero dem Grafen und Stamm-Hauß Wertheimb, in Krafft dero habenden Dignitæt, Regalien, des H. Reichs Rechten und Gerechtigkeiten, mit Frohn, Dienst, Steur, Atzung, ꝛc. unterworffen. Consentiunt Elector Mogunt. & cæteri Domini Confœderati *in Controversia Wildfangiatus* ad Elect. Palatin. Sprenger. *in Epist. ad Amic. Ellychn. præfixa*, Scriptores *d. controversia passim.* Civitas quoque Hamburgensis (cujus libertas nec hodierno die extra invidiam est: jure ne, an injuria, id alii curent) Superiotatem suam inter cætera & eo argumento contra Duces Holsatiæ probare conatur, quod à 10. 20. 30. 40. 80. 100. & ampliùs, annis, prædictis Ducibus à Civitate nulla servitia & operæ præstitæ fuerint. Burgold. *ad J. P. p. 3. d. 13. p. m. 107.* Idem quoque sentiunt Knipsch. *d. tr. lib. 2. c. 5. n. 197. & lib. 6. c. 3.* (ubi consentientes adducit *Baldum, Pruckman, Meisner.*) Belold. *d. trib. domest. soc. disc. 1. c. 5.* teste Balthas. *d. c.* Rosenthal. *d. F. cap. 5. q. 3.* Speidel. v. Landsfürstl. Obrigkeit, Auth. *Monument. Virg. Sacr. in Duc. Wurtemb. p. m. 307.* Dn. Kreidenm. von des teutschen Adels Staat ꝛc. *q. 4. n. 212.* Schüz. *in C. J. P. V. 1. D. 6. th. 22. l. c.* Spreng. *Inst. J. P. l. 2. c. 43.* Nec omninò alienus est ab hac sententia M. Dn. Myler. qui *p. 2. c. 38. num. 14.* ad effectum homagii refert, quòd exinde subditus domino adstringatur, zu allem unterthänigem Gehorsam,

*vel* Mancipatûs? *vel* Regalium?

horsam, item zur Reiß, Folg, Musterung, und Frohn-Diensten; quod ipsum & Erhard & Balthas. (utut nonnihil dissentire videantur, vid. illius *conclus. 8. inf.* hujus *c. 7. p. 121.*) non uno in loco fatentur: homagium v. s. die Erb und Lands-Huldigung, est superioritatis recognitæ vera & infallibilis tessera, M. D. Myl. *d. c. num. 15.* proque actu universali jurisdictionis habetur, sub quo omnis alius actus, puta collectarum, tributorum, aliarumque functionum & onerum præstatio continetur, Klock. *c. 20. n. 330.* Bes. v. Huldigung. Bock. *l. 3. c. 4. n. 18.* Magis huc faciunt, ea, quæ ex Paurm. *lib. 1. c. 8. n. 8. d. Jurisd.* apponi merentur: *Ut enim suprema politica, sic quoque hæc inferior Principum & Ordinum potestas, absque pecunia & hominum opera expediri nequit; ideoque tam jure regalium expresse concessorum, quam consuetudine Principibus, Comitibus, & reliquis Imperii Optimatibus, hominibus suarum ditionum subsidiaria onera, tam realia, quam personalia, injungere permissum: Personalia ut operarum rusticarum, quæ vulgò* Frohnen *appellant &c.* Quibus & ego calculum meum adjicio, ita tamen, ut nec cæterorum opiniones simpliciter rejiciam, dicendo: regulariter facultatem exigendi operas à subditis, tanquam subditis, ex jurisdictione sive superioritate territoriali & regali, tanquam fonte, fluere, inde postmodum expressa vel tacita voluntate, ut aliorum Majestatis jurium exercitia, in alios derivari: ab hominibus verò propriis, similibusque personis, ex causis aliis: ut infra patebit.

Quæ mea sententia?

*Jus Exigendi operas competit* Imperatori.

13. Imperatori hoc Jus competere, in suis præsertim ditionibus propriis, hæsitationem nullam patitur; Erhard *conclus. 8.* sed & in Principum ac Ordinum subditos eum idem exercere posse, certum alicui videri posset. Generalis enim est definitio, præsumi de jurisdictione Imperatoris: sive niti eum intentione fundata quoad omnem jurisdictionem in toto territorio Imperii, item causis ac personis universis: ideoque cum quolibet ordinario concurrere Paurm. *l. 2. c. 4. num. 20. & seqq.* Reink. *l. 1. Cl. 5. c. 7.* latè Casp. Leipold. *de concurrentia Jurisdict. q. 3.* Imperator quippe fons & origo dicitur, unde velut per rivulos & canales diffluit & promanat quicquid est uspiam jurisdictionis. Carol. Tapia *in Rubr. d. Const. princ. c. 4. num. 10.* omniaque regalia & jura ex ipso, tanquam Oceano, & ad eundem, refluunt. sec. Jas. *in l. qui Romæ. §. Seja. n. 15. d. V. O.* Sixtin. *de Reg. lib. 1. cap. 4. n. 1. & seqq.* Quæ assertio non malè quidem superioribus seculis convenit, teste Lehman. in der

Speyr,

Speyr. Chron. *lib. 4. c. 14.* ubi hæc leguntur: Wann ein Keyserl. oder Bischofflicher Beampter, Gesandter oder Diener gereyßt, haben sie Macht gehabt, von Metzgern, Beckern, und andern, was sie zur Nothdurfft bedürfft, vergebens zu nehmen, Pferd, Wagen, Schiff und Geschirr zu fordern, und haben die Handwercks-Schiff-Fuhr- und Ackerleut alle Dienst zu Frohn thun müssen. Status tamen modernæ Reipubl., libertas, privilegia ac jura Statuum Imperii (in quorum exercitio, Imperator se neminem tubaturum juratò promittit: ein jeden Herrn und Stand, bey Ihren Freyheiten, Hoheiten, Würden, Rechten, Macht und Gewalt ꝛc. verbleiben zu lassen, *Capit.* moderni Gloriosiss. Imper. Leopoldi. *art. 3.* Becker *d. Jure P. lib. 3. c. 4. num. 15. p. 149.*) hanc sententiam vix ferre poterunt; inter ea quippe non minimum, *quòd Ordines Germaniæ subditos* (ex concesso sibi territoriali jure, unde operarum jus, ut hactenus dictum, dependet, illæque tanquam fructus colliguntur) *vel proprio ex arbitrio, vel prout cum ipsis pacti sunt, possint regere, ita, ut paucissima sint, quæ Imperator subjectis statuum immediatè potest imperare*, dicente Monzamb. *d. Stat. Imp. German. c. 5. §. 5. 6. & 28. Add. cap. 6. §. 8.* quod confirmat Pacif. à Lap. *in strict. ad d. c. 5. disc. 11. p. 373.* Conf. Burgold. *ad J. P. p. 1. d. 10. num. 3. p. m. 256.* Klock. *c. 4. d. contrib. num. 142.* Hinc est, quòd non pauci doceant, subditos domino immediato fortiùs adstringi, quàm Imperatori. Knich. *d. Avtocrat. c. 1. num. 1354.* Matth. Steph. *d. jurisdict. l. 2. p. 1. c. 7. num. 38.* Limnæ. *l. 4. c. 8. num. 9.* Schiiz. *V. 1. D. 6. thes. 7. 15. 17.* Tentzel *ap. Fritsch. p. 1. Exerc. 2. thes. 63.* Dn. Stählen. *d. Venia ætat. l. K. p. 23.* Quæ tamen cum grano salis accipienda. vid. Reink. *d. c. 7. num. 44. & seqq.* Leipold. *d. qu. 3.* Limn. *d. c. num. 184.* Becker. *lib. 3. d. J. P. c. 4. num. 16.* Add. Zahn. *Ichnogr. Mun. c. 2. num. 6. & seqq.*

14. Principes, ac Cœteri status Imperii, non tantùm sessionis ac suffragii jus habent in Comitiis, sed & in territoriis suis (ut d.) gaudent universali territorii ac superioritatis (quod vocab. à Dd. nostris ex transalpinis Scholis, cum multis aliis, haustum, inque forum nostrum translatum, ait Dn. Tabor. *d. Met. p. 1. cap. 4. num. 5. p. 32.* Paurmeist. *lib. 1. c. 8. n. 5.*) jure, in omnes territorio inclusos. Dn. Conring. *d. Ducib. & Comit. p. m. 87.* M. D. Myl. *Archolog. c. 9. & seqq. & d. Statib. Imp. c. 35. 36. & 37.* Beck. *d. c. n. 17.* quod apud nostrates audit passim die Landsfürstl. Gräffliche ꝛc. hohe

Principibus & Statibus Imperii cæteris.

hohe Obrig-Herrlich-und Gerechtigkeit. *decret. August. 1548.* §. wenn auch. Knich. *d. Avtoc. c. 1. num. 1230. & seqq.* Schüz. *V. 1. D. 6. th. 4.* die Landsfürstl. Hoheit und Regierung. Seckend. *p. 2. c. 1. 2. 3.* de qua dubitat Dn. Pufendorf. *d. Irreg. Reg. p. m. 63.* an ullis antiquorum aut recentiorum cognita fuerit ea species potestatis, præterquam Germanis. Jure Civili certè est incognita, solisque moribus introducta, Magn. D. Myl. *p. 2. c. 36. num. 2.* Dn. Beck. *l. 5. c. 2. Not. S. R. I.* ut frustra propterea sint, qui hanc ipsam decempeda Juris Civilis, neglectâ moderna consuetudine, metiri conantur. Spring. *d. l. 2. c. 2.* Nec illam eodem ubique modo exerceri, eamque in aliquo territorio pleniorem, in alio autem minùs plenam esse, admitti debet Limneo. *l. 4. cap. 8. num. 188.* Fr. *p. 1. Ex. 3. th. 7.* ad cujus variantis superioritatis causas referunt nonnulli acquirendi varietatem, cum vel gratia, vel contractu, vel usu, quæratur. vid. Mev. *d. jur. Trib. Wism. p. m. 5.* Add. omninò Leyser. *ap. Fritsch. p. 2. Exercit. 3. thes. 14.* Hinc non est vana Dd. querela, quod nec jure aliquo scripto, nec perpetua, aut certa aliqua observantia, hæc sit definita, Dn. Bœkl. *d. cap.* Cæterùm in genere, ejus vigore, obeunt ferè omnia, quæ ad gubernationem Civitatis sunt necessaria: fruuntur enim jure sacrorum; ferunt leges, etiam juri communi contrarias; constituunt judicia; creant magistratus, eosque abdicunt; exercent jura belli, pacis, fœderum, inter se & cum exteris; gaudent jure fisci, indicunt collectas, & tributa, percipiunt vectigalia; cudunt monetam; paucis, vindicant sibi ferè omnia regalia, tam Majestatis, quam fisci; nec solum ea, quæ in *c. un. 2. F. 56.* recensentur, sed etiam, si quæ alia sunt, quæ magis ex recepto usu, quam lege aliqua scripta, regalibus annumerantur; facile enim mihi persuaderi patior, non omnia regalia, ne fisci quidem, (de quibus tamen vindicandis â Friderico Imperat. *ibi* decretum est, Cujac. *ad d. c.*) in d. c. enumerari, vid. Besold. *de Regalib. in præfat. num. 7.* sed & usu induci posse, ut quæ olim regalia non fuerint, inter regalia hodie numerentur, vid. *Posit. controversar. ex jur. feud. de regalib. decad. sub Præsidio* Magn. & Nobilis. Domini Erici Mauritii, Assessoris nunc Cam. Imp. Gravis. Fautoris ac Patroni Maximi, *à me defensam.* Inter omnes, qui hæc & alia jura Statuum recensent, sufficit nominasse Magn. Dn. Myl. *in sæpius laudato, utilissimo Tr. d. Statib. Imperii.* & Dn. Seckendorff im Fürsten-Staat. *p. 3.* Exercent autem ea, non precario, familiaritatis

aut

aut administrationis, sed proprio quasi, (quicquid etiam contradicat Otto *in Tr. Polit. d. Majest. C. 2. n. 23.* cum aliis nonnullis) perpetuo ac ad heredes transitorio jure, Knich. *d. Subl. territ. j. l. 1. c. 1. n. 375. & d. Autocr. c. 1. n. 1302. & seqq.* Paurm. *l. 2. c. ult. num. 62.* M. Steph. *lib. 2. p. 1. c. 7. n. 30. & 49. d. Jurisdict.* Carpzov. *ad L. R. c. 3. s. 13. n. 24.* Monzamb. *c. 5. §. 28.* & ib. Pacif. à Lap. Ut propterea non adeò inconvenienter à quibusdam Reges, (sed dependentes tamen) salutentur, Bald. *in l. f. Cod. d. testam. milit.* quod ipsum agnovere Maximil. I. & Carol. V. Impp in suis dictis, quæ refert Magn. Lansius, *in Consult. de Princip. Provinc. Europ. p. 211.* quod pluribus confirmant Limn. *lib. 4. c. 8.* Limn. Enucl. *l. 1. c. 8. num. 6. & l. 2. c. 14.* quibus add. Klock. *d. c. 4. num. 317.* ibi: *quoad Jus Principum, à Regibus, Imperii Principes, nihil aut parum distant; imò verò plus possunt in Principatibus suis, quàm vel Rex Poloniæ in universo suo regno &c.* Æmulatur enim superioritas territorialis, summam Imperii majestatem, Dn. Conring. *de Ducib. & Comitib.* & à multis dicitur analoga majestas, Struv. *Ex. 3. th. 29.* Pufendorff. *de irreg. rep.* Burgold. *ad J. P. passim.* Imò Principes propterea uti clausula plenitudinis potestatis, inquit M. Stephan. *de Jurisdict. lib. 2. c. 7. num. 46.* Quosdam etiam Principes titulum Majestatis usurpasse, ex Hojeri *descript. Imp. Germ.* notat. Franc. Irenic. *in Colleg. in Burgold. p. 1. p. 132.* Putarem tamen hæc & alia ejusmodi inter rarò contingentia referenda esse: Legalia certè non esse, nec frequenti usu roborata, vix dubitandum.

15. Hinc etiam formula illa, parietaria, & ad prodigalitatem usque toties decantata (ut *Vietori* & *Limneo* dicitur) promanasse censetur, *quòd quilibet Princeps Imperii, ac alius jura territorialia habens, tantum possint in territorio suo, quantum Imperator in Imperio:* Ein jeder Herr ist Kayser in seinem Land, Mager. *de Advocat. arm. cum. plurim. allegat. c. 6. n. 47.* Klock. *c. 4. n. 144.* ubi originem ejus refert ad Castrensem, quem cæteros more avium ac ovium balantium turmatim secutos, ait; longè tamen antiquiorem, & ante Br. & Bl. tempora, JCtos hoc axiomate usos esse, latè ostendit Schulenburg *in sing. de origine hujus d. Dissert. apud Fritsch.* quod ipsum etiam confirmat M. D. Myler. *c. 14. d. St. I.* Perspicuam hujus dicti rationem esse dicunt, quòd ejusmodi Princeps, aut alius Imperii Status, territorium suum accipiat in feudum, cum eodem

*An Principes Status Imperii tantum possint in suis territoriis, quantum Imperator in Imperio?*

eodem jure, quo Imperator & Imperium tenuit, Reinking. *l. 1. Cl. 5. c. 6. n. 8.* Verùm hanc rationem non parum obscuram reddere videtur, quòd tradente ipso etiam Reinkingio *l. 1. Cl. 4. c. 16. n. 38. & seqq.* (nec non Sixt. *l. 1. de Reg. c. 4. n. 60 & seqq.* Knich. *de Autocr. c. 1. n. 883.* Besoldo it. Limneo, ac aliis,) nonnulli Comitatus, ac Baronatus, in totum vel ex parte allodiales in Imperio fuerint & adhuc sint; Talem enim olim fuisse Comitatum Waldeccensem, Reink. *d. l.* Bregantinum, A. der Lindauischen Ausfuhr ꝛc. Hollandicum, Grot. *lib. 1. Annal. Belg.* perhibent: talem item hodie esse Comitatum Mörß, referunt, Reinking. *dict. l.* Schüz. *C. J. P. V. 1. D. 6. thes. 5. l. 6.* & Pinneburgicum, Schüz. *d. l.* Baroniam Bronchorst, & dominium Aerssen, Frid. à Sand. *in Consuet. Feud. Geld. tr. prælim. c. 1. num. 4.* Id certè constat, Civitates Imperiales, vix ulla excepta, (V. Limn. *ad Capit. Car. V. art. 24. V.* Stätte) nullo feudi nexu, territoriis suis imperare, Dn. Conring. *ad Lamp. p. 3. c. 3. §. 8.* Schüz. *d. th. 8.* Nihilominus tamen hujusmodi terrarum domini, Imperatorem ut Superiorem agnoscunt. Knich. *D. Territ. c. 1. n. 11. & seqq.* ejusque concessioni saltem regalia, territorio illorum cohærentia, acceptò ferunt. vid. Reink. *d. l.* Seckendorff. *p. 2. c. 2. n. 1.*

*Quidam id negant?*

16. Prædicta Regula, utut communiter recepta videatur, Boc. *de Regal. c. 4. num. 3.* Otto. *de J. P. c. 17. p. 547.* Varia tamen & olim & nunc subit judicia. v. Clut. *Syllog. rerum quot. concl. 26.* Boc. *d. l.* Klock. *c. 4. n. 303.* Ziegl. §. *Landsass. num. 113. C.* Lerch. *de Ord. Equest. art. 2. p. 212.* Speid. *in Spec.* v. Landsfürstl. Obrigkeit. Carpz. *de L. R. c. 1. s. 13.* Fritsch. *p. 2. Ex. 8. p. 390.* ita, ut non pauci, illam omnino ut falsum, temerariam, ac magno errore introductam, rejiciendam existiment *dd. Auth.* quippe, quâ secundum alios plus, secundum alios verò minus, tribuatur Ordinibus; Et prius quid. præprimis eâ ex causâ, quòd hac ratione tot majestates, quot Status Imperii, in una Republ. cumulentur, Sluter. *animadv. in Hyp. à Lap. p. 1. c. 2. n. 4.* quod ipsum per integrum libellum argumentis tamen satis infirmis, probare conatus est personatus ille Relfendso, *de Summa Princip. Germ. potestate*, dispari passu premens vestigia Monzambani. Cui occurri potest illis, quæ de dependente potestate Statuum proferunt Paurm. *l. 1. c. 6. & 8. de Jurisd.* Sixt. *de Reg. l. 1. c. 1. num. 8.* Lamp. *p. 3. c. 3. §. 8. & ibi* Conring. Carpz. *ad L. R. c. 13. s. 3. num. 20. & seqq.* Limn. *l. 4. c. 7.*

*quod vel.* Plus tribuat Statib.

Dn.

Dn. Tabor. *de Met. p. 1. c. 7. num. 5.* Dn. Seckendorff. *p. 2. c. 2.* Otto *in Tr. de Majestate c. 2. n. 22.* Illustres Domini Rutheni, *in Dissert. Acad. de Tempestiv. ætat. sub Præsid.* Nobiliss. & Consult. Domini Scheineman, Ill. Colleg. P. P. &c. Patrono ac Fautore ætatem colendo *c. 3. num. 7.* Dn. Bœckl. *in Not. Imp. l. 24.* Burgold. *ad J. P. p. 3. p. 1. num. 7. & p. 1. d. 10. num. 18. d. 20. num. 18.* Pacif. *à Lap.* & Teutenb. *contra Monzamb. pass.* Auth. *Monitorum Imp. p. 46. A. dissert. d. Libert. Omnim. c. 5. 6. 49.* Stamler. §. *9 & seqq.* Egregia in hanc rem sunt verba Mauritii, *Landr. Hass.* quæ refert Limn. Enucl. *l. 2. c. 19. Tria studia Imperii ruinam procurare: primum eorum, qui Caput Imperii nostri absolutum, non limitatum, exoptant: Secundum eorum, qui libertatem Statuum ita deprimunt, ut servire, quam obedire malint: tertium eorum, qui dictam Statuum libertatem ita extendunt, ut legibus quibuslibet Imperii soluti magis, quam ligati apparere malint;* Posterius verò ideò, quòd Status ditiones suas in hæredes transmittere possint, non verò Imperator Imperium; hinc malunt dicere, *quemlibet Statuum plus posse in suo, quàm Imperatorem in Imperio,* Joh. Dauth. *ad l. f. C. d. pact. num. 16.* Klock. *d. c. 4. num. 314. & seqq.* Sed id quidem, ex dicta ratione, sequitur vel minimè: nec enim majestatis Jus est, nec ullus vel Politicorum vel JCtorum (quos mihi videre contigit) transmissionem talem, inter jura Imperantium retulit: cum nec alienare Regnum, ad imperandi facultatem quicquam facere, vel int Politici, non infimi subsellii vid. Dn. Martin. *Profess. Chilon. Libert. Aquil. triumph. p. 1. c. 6. §. 5. in f. & p. 269. A. Exercit. contra Monzamb. Ex. 7. §. 13. p. 94.* Neque illa tam ex Procerum Imperii, quàm ex prima potiùs feudum constituentis & acquirentis voluntate ac potestate, sive ex pacto & providentia, dependet, juxta commun. F. F. sententiam v. Dn. Struv. *Synt. Feud. c. 9. §. 1.* Herm. *fascic. J. P. c. 5. inf.* Quid? quòd ita quemvis, etiam infimæ sortis hominem, plus posse sequeretur quàm illos, qui summam ubique imperandi potestatem, electionis tamen jure, consecuti sunt. vid. Grot. *lib. 1. c. 3. §. 10.* Dn. Bœckl. & Dn. D. Osiand. *ad d. §. 10. & 11.* Kipping. *contra Auber. axiom. Polit. Gall. lib. 3. c. 3. ax. 10. & seqq.* Martin. *d. p. 269.* quibus in locis ostendunt, electionem, in se consideratam, potestatem Imperantium non diminuere. Ad. tamen Arnis. *c. 6. Rel. Pol. f. 5. n. 9.* Accuratiores qui sibi videntur, fundamenta assertionis illius desumunt ex Capitulat. Impp. & art. VIII. J. P. §. *gaudeant.* quòd nempe Impe-

*vel* minus.

*An plus possint* Status, *quàm* Imperator?

Imperatores destituantur propria facultate aliquid agendi, quod quidem majoris momenti est, nisi accedat Statuum consensus; Illi verò, quoad sua territoria, nullius consensu opus habeant, Burgold. *ad J. P.* Pacif. à Lap. *in strict. ad* Monz. aliique plures *ex Recentioribus, pass.* Quibus tamen se opponunt Stamler *de reservat.* §. *6. & seqq.* Sluter *in animadv. p. 1. c. 1. num. 13. 14. &c.* Otto *de Majest. c. 2. num. 15.* (cui & capitale visum, Ordines Cæsari dominatu ac potentia æquare) Herm. *c. 11. num. 74.* cœterique omnes, qui Statuum Imperii adhucdum Monarchicum esse contendunt: qui omnes etiam, ex necessitate suæ hypothesis, sibi persuasum habent, nec per Capitulationes summo Imperat. Imperio terminos poni, detrahi, vel illis Majestatem ejus lædi aut minui, Reink. *l. 1. cl. 2. c. 2. num. 97. & seqq. cl. 3. c. 9.* Herm. *c. 9. num. 6.* Kipping. *d. c. ax. 17. & 18. & in Instit. Polit. c. 16. lib. 1. dep. ult.* Gerh. *contr. J. P. Hec. 2. qu. 3.* Spreng. *l. 1. c. 28. in f.* aliique plures, inter quos mirum est & Limneum reperiri, (*V. eum l. 1. c. 12. num. 37. tom. 1. & 2. Add. in append. p. 280. & prolog. ad Capit. c. 8. num. 22.*) cum quasi pro aris & focis pugnet ubique pro statu mixto, & in eo Aristocratia prævalente: sed ipse tandem ambiguitatem vocabuli Majestatis (sub qua tam diu latere voluisse videtur) ostendit, *in annot. ad Capit. Rud. 2. art. 32. & ad Ferd. IV. §. 47.* Sequitur Limneum acutissimus Strauch. *Diss. Exot. 4. §. 28.* Capitulationem plenitudini quidem Imperii derogare, concedens, non tamen summitati: cui Resp. Stamler. §. *8. num. 7.* Sunt, qui & cæteris, non parvis ausibus, nec frustra, contradicunt; quos inter Hypol. à Lap. *p. 1. c. 5. s. 2.* Monzamb. *c. 5. §. 3. 4. & seqq. & ibi* Pacif. à Lap. Burgold. *p. 3. d. 5. n. 2.* Fr. Iren. *ad. d. & p. 3. d. 11. p. 126.* Limn. Enucl. *l. 1. c. 11.* Ad. omnino Arnis. *l. 1. de Majest. c. 6. n. 11.* Dn. Ziegl. & Dn. Bœckl. *ad Grot. l. 1. c. 3. §. 16.* Fortassis id saltem regeri posset, quòd & ipsa Principum potestas interdum per certa pacta & transactiones cum Statibus Provincialibus, quos vocant die Land-Ständ, sit restricta & temperata, ita, ut in rebus ad statum publicum pertinentibus, ferè nihil sine statuum consensu & consilio agere valeant. v. M. Dn. Myl. *c. 39. n. 9. 10. & c. 45.* C. Lerch. *art. 2. n. 31. p. 97.* Dn. Lauterbach, *d. Consil. c. 2. §. 4. & 12.* Burgold. *p. 2. d. 5. n. 7. & p. 1. d. 23. n. 4.* Relfend. *d. tr. c. 14. p. 237.* nisi quis cum Bocer. aliisque asseverare velit, consilium Statuum Provinc. voluntatis magis, quàm necessitatis, eorumque vota magis con-

consultativa, quàm decisiva esse, aut eos sæpiùs dicis tantùm gratia convocari: quod, utut quibusdam Provinciis convenire queat, generaliter tamen intellectum vix veritati conveniens esse crederem; quod & ipse Relfendso, parum aliàs tribuens autoritati Statuum Provinc. (dum eos Amens-Herrn appellare non veretur) non obscurè fatetur, *p. 237.* &, quem sequitur, Burgold. *d. n. 4.* Memini equidem, me formulam conventionis, non admodum dissimilem illi, quæ in Recessibus Imp. frequens est, hujusmodi Recessib. Provinc. denn Landtags-Abschieden subjectam vidisse, hisce verbis: daß auf solches, und nach allerley gepflegter Unterredung und Handlung, wir uns mit ihnen Prælaten auch Landschafft, und sie sich mit uns unterthänig verglichen, beschlossen, auch verabschidet haben ꝛc. Sed certiores de hac re erunt illi, quibus conventibus illis interesse contingit; Interim tamen ad cujusvis Regionis observantiam, pacta, & transactiones inter Principes & die Land-Ständ respiciendum esse, docet me M. Dn. Myler *d. n. 10.* Ad. Dn. Fritsch. von den Landtägen, *c. 8. §. 4.* & Seckendorff im Fürsten-Staat.

17. Tandem qui cautissimè se incedere putant, ajunt, *Tantum posse Ordines in suis Provinciis, quantum Imperator cum Statibus conjunctim, sive Comitia in Imperio,* Lamp. *p. 3. c. 3. §. 18. & seq.* Enoch. Glässer, *d. Grat. delinq. conced. th. 43.* Pacif. à Lap. *d. 9. §. 5. p. 357.* Sed tamen & hic est, quod desiderare posses; sc. nec hoc perpetuum & liquidum esse, si exactiùs jura Statuum cum potestate comitiorum conferantur: ut id tantùm dicam, non paucos actus, excessus, ac defectus Ordinum, ab Imperio, judicio Camerali ac Aulico, posse confirmari, infirmari, reformari, corrigi, suppleri &c. interposita querela, appellatione, revisione, restitutione, mandato cum vel sine Clausula, aut aliis modis, Cameral. *passim.* M. Dn. Myl. *c. 14. n. 19.* D. Textor. *de jurisd. Territ. th. 34.* quis verò diceret potestatem & actus Comitiorum alterius reformationi &c. subesse! V. J. P. art. VIII. Grundfeste des H. R. Reichs *p. 3. c. 1.* Hyp. à Lap. *p. 1. c. 4. §. 1. & c. 9. p. 132.* Lamp. *p. 7. c. 13. §. 6. c. 14. §. 2. & 24.* & cæteri Comitiologi, ex quibus facili negotio erui potest, dictum istud, non usque quaque currere quatuor pedibus.

*An tantum possint, quantum* Comitia?

18. Vel ex his igitur colligitur, quàm minus benè, quidam communem illam regulam, ex ea potiss. causa infringere allaborent, quòd simpliciter & gen. intellecta, non sit vera: quos propterea non

*Quatenus alii admittant* communem illam regulam?

non immeritò, post Klock. *d. l.* redarguit Schulenburg. *de differt. c. 8.* Plurimi igitur illam admittunt, variis tamen adhibitis declarationibus, quas v. ap. Reink. *l. 1. cl. 5. c. 6.* Knipsch. *d. c. 1. n. 43.* Ming. *de Sup. territ. concl. 54.* Klock. *d. c. 4. num. 304. & seqq.* Quibus admissis, nec ego adeò intolerabilem eam putarem imprimis si cum Franzk. *lib. 2. Resp. q. 15. n. 47.* ita formaretur: Principes &c. jure territoriali eandem ferè potestatem in territoriis suis habere, quam olim exercuerunt Cæsares in universo Imperio. Verùm cùm & alia ejus notet vitia M. D. Bœckl. *in Not. S. R. I. lib. 5. c. 2. num. 1. & 2.* nondum etiam propter tot tantorumque virorum seriam ac constantem contradictionem, authoritatem, ut ita dicam, classicam, multò minus publicis constitutionibus Imp. sive avthenticis documentis, (quantum meæ quidem tenuitati constat) firmatam sive legalem, consecuta sit: declarationes etiam illius, non ubique patiantur rigorosum examen: nec denique tanta ejus in supremis Curiis sit necessitas vel utilitas (ad probandum enim vel decidendum controversum aliquod Jus regale, vix ubique valido fundamento niteretur, qui præter hanc regulam aliis probationibus non instructus esset: de quo V. omnino Schulenb. *d. l.* & imprimis *c. 9.* Huld. Euben *ap. Fritsch. p. 2. Ex. 8. p. 390.*) haud operæ pretium erit, ut multis ad eam defendendam desudem; Firmiter credens, nos illâ non adeò incommodè carere posse: per me tamen quivis suo abundet sensu: ego enim id unicè intendo, Principes nostri Imperii, Comites ac Barones, nec non alios, vi dictæ jurisdictionis territ. in ditionibus suis operas à subditis exigere posse; illam enim (secundum antea dicta) in Ducatu &c. comitantur omnia jura, regalia, jurisdictiones, pertinentiæ, castra, territoria. Ming. *d. sup. terr. th. 22.* quod præter quotidianam experientiam, rerum magistram, comprobant variæ Principum de operis Constitutiones, ac Ordinationes; cujusmodi extant in Electoratu Saxoniæ, Bavariæ, Brandeb. aliisque Provinciis. In specie, quasdam & quales operas Rustici Ducatus Brunsuicensis Principibus suis debeant; tradit Burgold. *ad J. P. p. 1. d. 23. in f.*

*Mea de hac re sententia.*

*Jus exigendi operas & Nobilibus Immediatis competit.*

19. Sed nec Nobiles immediatos, die Fr. R. Ritterschafft in Schwaben, Francken, Rhein-Strom, und Elsaß, ab hoc jure excludendos esse, evincit, non tantùm notoria facti evidentia, sed & jus territoriale, illis non minùs, quàm Principibus ac Comitibus, competens. v. præter *Authores* à Mager. *Adv. c. 6. n. 111.* &

Wurmf.

Wurms. *Ex. 3. p. 19.* adductos ad Casp. Lerch. *de Ord. Eq. art. 2. num. 108.* Knipsch. *de Ord. Eq. & de Civit. Imp. l. 2. c. 5.* Kreidemann von des teutschen Adels Staat ꝛc. *q. 4.* Carpzov. *ad L. R. c. 3. s. 12.* M. D. Myl. *c. 36. n. 12.* Dn. D. Lauterb. *d. J. Fisci c. 2. §. 5. & d. præscript. Crim. th. 8.* Fritsch. *Ex. 3. th. 8. & Ex. 4. th. 5. 27. & seqq.* imprimis Author deß Außführlichen Discurs und rechtlichen Bedencken über unterschiedliche langgewehrte Strittigkeiten, auch obhabende Beschwerden, wohllöblicher Fr. R. Ritterschafft und Adels in Schwaben, gegen und mit den Schwäbischen Landgerichten ꝛc. *f. m. 156. & seqq.* ubi latissimè probat, daß die Fr. R. vom Adel jura territorialia auff ihren Frey-Adl. Rittergütern, nicht weniger als Fürsten und andere Ständ haben, und dahero selbige, ob sie schon in andern hohen Fürstenthummen, Graffschafften ꝛc. gelegen, und umbschlossen pro separatis territoriis zu halten seyn; daß sich kein andere territorial-jurisdiction, ob sie gleich darinn gelegen, über selbe erstrecken möge; item, daß sie kein andere, als eine Kays. Majest. und deß Reichs Jurisdiction erkennen; daß sie plenissimam exemptionem wider alle andere hohe territorial-Bottmäßigkeit ex præscriptione immemoriali ersessen; tandem, daß sie pro personis illustribus zu halten, (quod ipsum etiam asserit Lerch *d. tr.* & in specie von dem Schw. Reichs Adel *art. 2. n. 2. p. 60.* quod & ante illos cum aliis docuit Besold. *lib. 1. Polit. c. 9. §. 4. num. 15.* Dissent. tamen Limn. *lib. 6. c. 3. num. 43. ubi Menochium Italicâ licentiâ inter illustres eos retulisse, ait.*) Communem certè esse hanc sententiam, expressè testatur Knipsch. *d. l.* Schubhard. *d. Austreg.* Ipsamque rei veritatem evidenter ostendunt actus superioritatis, quos ratione vicorum, pagorum, ac castrorum liberorum exercent, Ming. *d. Sup. territ. concl. 59. & seqq.* Schüz. *v. 1. d. 9. thes. 10.* Knipsch. *dd. ll.* quorum plures ibi enumerantur qui & in d. außführlichen Discurs *sub rubricâ* von der Burgundischen Strittigkeit, wegen gegen die Fr. vom Adel angemaster *territorial*-auch *universal*-Obrigkeit *p. 144. & seqq.* latissimè deducuntur. Quo pertinet, quod Monzamb. ait. *c. 2. §. 14. Nobiles immediatos paribus ferè cum reliquis Statib. libertate & juribus gaudere, ut ad Principum fortunam nihil ipsis desit, præter opes:* quodque majori libertate frui dicantur, quàm Comites & Barones Austriaci, Klock. *d. Contrib. c. 4. n. 301.* Expressius id confirmant ea, *quæ in tit. 6. p. 1.* deß erneurtem Ritter-Raths Fränckischen Creyses Ordnung legitur, ibi: allein, daß sie beyne-

bens, und damit auch bey ihrem Herkommen, Ritterlichen Libertät, immunität, Freyheiten, Oberherrlich- und Gerechtigkeiten, auch andern erlangten Privilegien ihrem Innhalt und alter Billichkeit nach hingegen unbetrangt gelassen werden und bleiben mögen, denn die Erbhuldigung bringt die Ober- und Herrligkeit mit sich ꝛc. & quæ aus der Fr. Reichs-Ritterschafft confirmierter Ritter-Ord. der 5. Theil in Schwaben adducit Besold. *Disc. d. Eq. Ord. num. 6.* quibus addendus *art. 1. d. Ord. & 3. in f. ibi*: doch uns an unser exemtion, Freyheiten, Oberherrlich- und Gerechtigkeiten und Zugehörung in allweg unvergreifflich. *& art. 5. ibi.* daß uns solche Nacheyl, wo die in bestimmte unsere Gebiet, Ober- und Herrlichkeit beschehe, *art. 13. ibi*: vorgenannte unsere hergebrachte regalien, exemptionen, Freyheiten, Oberherrlichkeiten ꝛc. Add. omnino *art. 3. Capit. Leop.* Licet non desint Viri eruditissimi, qui superioritatem illis denegare allaborant, eosque inter *Gœddeus, Matth. Stephan. Speid. ad Dissert. Rum. Klock. d. Contrib. Lampad.* novissimè *Dn. Strauchius in Dissert. Exot. 4 eumque sequens* Spindler. apud Fritsch. *p. 3. Exercit. J. P.* argumentis tamen infirmioribus, quàm ut nos à communi sententia abstrahere valeant.

*An* Nobilibus Mediatis?

20. Nobiles Mediati, Ordinibus & Principibus subjecti, qui vocantur gemittelte vom Adel und Landsassen, Immediatis quoad insignia quidem, gradum, & ordinem dignitatis pares esse; ratione verò privilegiorum (quæ latiùs deducta videri possunt in *Disput. d. Nobilit. imprimis German. ante aliquot annos hic sub præsidio* Magnif. & Nobilis. Dn. Mauritii, *defensa,)* multis paralangis Immediatos illis antecedere, asserit Eychman. *apud Fr. p. 1. Ex. 3. th. 9.* Bek. *l. 3. cap. 4. n. 6.* Casp. Lerch. *d. tr.* eosque, in specie, Superioritate territoriali carere, evincunt ea, quæ adduxit Magn. D. Myl. *p. 2. c. 36. n. 10.* Knipsch. *lib. 1. c. 12. n. 49. & seqq.* Ming. *d. Sup. Territ. cap. 3. n. 30.* Interim tamen, cum non solùm dignitate, sed & potestate non exigua plerumque polleant, Reinking. *lib. 1. Cl. 5. c. 11. num. 36.* multique reperiantur Nobiles mediati, qui plura etiam regalia, ex Principum concessione expressa vel tacita, habent, teste Cluten. *in Syll. rerum quot. concl. 20. l. K.* M. Steph. *lib 2. d. Jurisdict. p. 1. c. 7. m. 2. n. 138.* Sixt. *d. Reg. cap. 4. n. 99.* nulla videtur adesse sufficiens ratio, quin eos iisdem, aut aliis modis, (de quibus infra) operarum Jus acquirere posse, & plurimis etiam in locis acquisivisse, concedamus. Vid. Ziegl. *ad aur. prax. Calv. §. Nobil.* ubi latissimè

tissimè *de Nobilium in suos subditos jure, & operis iis competentibus disserit.*

21. Civitatibus Imperialibus den Frey- oder Reichs-Städten Jus suffragii, cum superioritate territoriali, velle negare, (explosa jam dudum contraria *Curtii Sen. & Petræ d. potestate Princ. & Knichenii* sententia) ridiculum videtur Springero *d. J. P. lib. 2. c. 27. Quinimò cùm hodie per J. P. art. 8. expressè superioritas territorialis civitatibus adscribatur, cucurbitas cum Hadriano illi pingere dicendi sunt, qui in eo ampliùs disputant*, inquit Limn. *enucl. l. 4. c. 1. num. 16.* Magn. D. Myl. *in Archolog. c. 22. num. 5. & seqq. post plures alios à* Wurms. *Ex. 3. th. 18. allegatos* Knipsch. *d. Civ. Imp. l. 2. c. 5.* Burgold. *p. 3. d. 10. & p. 1. d. 21.* Limn. *l. 7. c. 1. num. 50.* ubi quoque tradit, unde Civitates superioritatem illam habeant. Eam in Principe appellant Landsfürstl. in Comite Gräfflich, in Nobilibus Adelich, in Civitatibus Städtliche hohe Lands-Obrigkeit, Ming. *d. Sup. territ. th. 47.* Veruntamen rectè alii contra Matth. Steph. *de Jurisdict. lib. 2. p. 2. c. 1. n. 63.* aliosque ejus asseclas, asserunt, quòd Titulo saltem ac nudo nomine, non re ipsa differat die hohe Landsfürstl. Obrigkeit, von der hohen Lands-Obrigkeit, Ehrenb. *d. fœd. lib. 2. c. 1.* Lampad. *p. 3. cap. 14. §. 15. num. 39.* ut ita, in super habita distinctione illa M. Steph. *d. l. inter jura territorialia, ratione ipsius territorii, & ratione personarum, de illo investitarum, considerata*, non ineptè & Nobilium & Civitatum Superioritas Landsfürstl. dici queat: nec tamen protinus exinde inferre licebit. Principes esse, quos Principalia jura tenere dixi: sic uti non statim Reges sunt, quibus regalia competunt, Caspar. Lerch. *p. 212.* Henr. Bruning. *d. Universit. th. 19.* Sicut enim regalia dicuntur, quod à Rege deriventur, Dapp. *d. Civ. Germ. p. 1. c. 7. num. 1.* ita nihil obstat, quo minùs hoc quoque Jus à Principe i. e. Imperatore communicatum, Principale sive Principis dici possit, Dn. D. Lauterb. *d. Jur Fisc. c. 2. §. 4.* ut sic die Landsfürstl. Obrigkeit nomen non mutuetur ab exercente & tenente, sed vel à communicante eam, (quo intuitu Boc. *d. Regal. cap. 4. num. 5. p. 449. Liberorum Nobilium ac Civitatum jus ac potestatem in subditos æque Regalem esse dicit, atque Ducum, Comitum, &c.* aut à natura sua vel forma, quæ cum ubique ferè Regalis sit, æqualr itidem ubique nomine terminabitur, Knipschilt. *d. Civ. Imp. d. l. 2. c. 5. num. 24.* Vid. omninò Paurm. *l. 1. c. 8. n. 6. d. Jurisd.* vel etiam ratione initii sui & originis; longo enim inter-

*Competit etiam Civitatibus Imperialibus.*

intervallo Principes ante Civitates ad tantum libertatis fastigium ascendisse, testatur M. D. Myler. *cap. 17. num. 7. Archol.* Burgold. *ad J. P. p. 1. d. 21. num. 12.* vel denique, quòd illa in Principibus propter excellentiam Nobilitatis personarum, potentiæ, ac regionum amplitudinem, magis sit conspicua, Paurm. *d. l.* Conf. Besold. *d. Civ. Imp. n. 9.* Schüz. *C. J. P. v. 1. d. 8. th. 23. l. E.* non enim negandum, excelsiorem in Principum Ordine residere dignitatem, aliisque præfulgere prærogativis, Dapp. *d. tr. p. 1. cap. 6. n. 20.* M. D. Myl. *c. 22. d. Tr. n. 9.* Limn. *lib. 7. cap. 1. num. 80.* & ibi in Addit. *(ubi 6. adducit diff.)* Klock. *d. Contrib. c. 5. n. 71.* Stantibus modò dictis, revertentes ad propositum, operarum Jus Civitatibus Imperii vi Jurisdictionis territorialis competere posse, citra omne ponimus dubium; Idque in terminis testatur Knipsch. *l. 2. c. 5. n. 197.* Add. Erhard. *d. Diss. concl. 11.* Cæterùm non injuriâ, hoc & aliquot punct. præcedentibus methodi leges subjectamque materiam excessisse videor? veruntamen temperare mihi non potui, quin ea, illorum potiss. intuitu, quibus non parere summum nefas fuisset, ex recentioribus Scriptorib. de jur. Statuum, occasione hac tractarem.

*An* Civitatibus municipalibus?

22. Neque tamen Civitatibus municipalibus, vel potiùs Provincialibus, den Land- oder Fürsten-Städten propterea, quòd hac jurisdictione destituantur, omne jus operarum denegaverim; eas enim jurisdictionem, mixtum & merum Imperium, aliaque jura, etiam regalia, privilegio, consuetudine, præscriptione, concessione Principum, vel quo alio justo titulo sibi acquisita habere, testatur Matth. Steph. *l. 2. p. 2. c. 2. num. 17. & Fr. p. 1. p. 121.* T. Mich. *d. Jurisd. concl. 46.* Ziegl. §. *Civit. per tot.* Zahn. *in Ichnogr. Municip. c. 6. & seqq. plur.* Ming. *d. Sup. Territ. concl. 55.* iisdem igitur, aliisque j. enumerandis modis, operas membris suis imponere posse, præcipuè quæ consistunt in reparatione, exstructione, excubiis, custodia operum publicorum &c. docet Ming. *d. Sup. Terr. d. concl.* Erhard. Imò & ipsi privati sibi invicem certas ob causas, voluntariè operas præstare possunt; quod imprimis in hoc Ducatu observari solet inter rusticos & alios in exstruendis ædificiis, da sie einander aus Freund- und Nachbarschafft baufuhren und frohnen leisten.

23. Ex iis quæ modò dicta sunt, colligi potest, non nullas operas, interdum ex aliis etiam causis, quàm jurisdictione territoriali, etiam illis, qui illa non condecorati sunt, & à non subditis,

tis, & sic etiam ab habitantibus sub aliorum Jurisdictione, deberi posse *v. A. Just. C. P. in præf. f. 3.* Sic variant quidem jura Mancipatûs der Leibeigenschafft, Leibsschuldigkeit; ut dispari jure non tantùm diversas Provincias incolentes, sed etiam proximi vicini, sæpè habiti fuerint, hodièque habeantur, *d. Auth. J. C. Pal. p. 1. c. 1. §. 2.* alibi enim certam nummorum summam, Leibgelt, Leibpfenning, alibi frumenti aliquot modios, Gült- oder Pacht-Getraid, alibi, imprimis fœminæ, pullos, gallinas, gallos gallinaceos, aut anseres Dominis suis, ihren Leibherrn, præstare solent: quos à tempore solutionis, dicunt Pfingst-Hüner, Herbst-Faßnachts-Sommer-Hennen, vel aliàs Zinß-Hüner, Leib-Haupt- oder Rauch-Hennen; (quæ ita dicuntur ratione foci, & inde exhalantis fumi. weil man sie aus den Häussern und Heerdstätten gibt. vid Besold. *v. Camin*) cujusmodi gallinarum præstationem jus mancipii arguere, ejusdemque indubitatum signum & argumentum esse, tradit Wehn. v. Leib-Henn, Stam. *d. Servit. Perf. c. 21.* Quamvis id perpetuum non sit; Besold enim v. Rauchhennen, ex *Scheplizio* tradit, quòd in Marchia infallibile indicium sint jurisdictionis, indeque *gallinas jurisdictionales* appellari: easque merum Imperium denotare, vult Husan. *de propr. hom. cap. 6. num. 64.* quòd in altum evolent, ibique requiescant, & propterea altitudinem juris significent; igitur secundum cujuscunque loci mores modò dicta erunt metienda. vid. Limn. *lib. 6. c. 4. n. 20.* His autem gallinis, rectè exigendis, à dominis certi officiales constituuntur, quos propterea Hünerfauth oder Vögt appellant, teste experientia, præsertim in hoc Ducatu Würt. & Besold. *h. V.* Stamm. *lib. 3. c. 24. §. 11.* In quibusdam etiam locis vicinis, receptum novi, Wann ein leibeygene ledige Person sich ehlich verheurathet zu Kirchen und Strassen gehet, so ist sie der Herrschafft zu Brautläuff zu geben schuldig 1. Saltz-Scheiben, oder, wie es von Alters herkommen 20. Batzen. Sed & in casum mortis, dominis suis emolumenta successoria plerumque debent, Mev. *ad Jus Lub. lib. 1. tit. 3. art. 2. n. 30.* quorundam locorum consuetudine, marito defuncto, pecudum præstantissimum, das beste Haupt (hinc dicitur das Haupt-Recht oder Fall, jus capitale, non in sensu latino, sed ad sonum vocum germanicarum, Schottelius *d. sing. quibusd. & antiq. in German. jurib. c. 2. n. 14.*) uxore mortua vestium optimam, das Weidmahl (weil man das heimgefallene beste Stuck Vieh den Erben aus

*Exiguntur II. vi Mancipatûs.*

dem Stall gezogen, oder von der Weid genommen Schot. *d. l.*) oder Wadmahl, das best Gürtel-Gewand; dictum propterea Gewandfall, *A. J. C. P. c. 2. §. 7.* Wehn. *d. V.* ex Lehmanno colligitur, hoc ipsum etiam Buttheil vocatum fuiste, *lib. 2. Chron. Spir. c. 20. p. m. 98.* quia est aut obvenit loco prædæ vel lucri: hinc hodiè dicitur Beuttheil Schot. *d. tr. num. 15.* In Ducatu Brunsuicensi nimmt die Herrschafft den besten Ochsen, der Pfarrherr den Hauß-Hahnen, der Meßner ein Brattwurst, teste Klock. *c. 1. n. 256.* Schottel. *d. c. 1. n. 21.* ubi inquit Es wäre gut, und mancher armen betrübten Wittwen und elenden Waiselein erfreulich, daß durch eine Obrigkeitliche Metamorphosin die Baulebungs (de quâ *V. d. A. d. cap. n. 19.*) Pferd und Küh sich in Hauß-Hahnen und Brattwurst verändern möchten. Hoc Jus porrò vocatur mortuarium, item das Erb-Recht, Erbfall, Gläß, Traur-Recht, Köhr-Recht (quia hoc, quod jure caduci debetur, electioni Domini sæpe est subjectum, Schottel. *d. cap. n. 14*) todte Hand, exinde, wann ein leibeygener verstorben, und kein Haab noch Nahrung verlassen, davon der Bischoff hat können bezahlt werden, so hat man dem verstorbenen die rechte Hand abgehauen, und dann dem Herrn geliffert, referente Lehm. in der Speyr. Chron. *l. 4. c. 22.* quod confirmat Klock. *c. 1. n. 256.* Schottel. *d. l. n. 17.* Author tamen *Vindiciarum in mat. Wildfangiatus, f. 7. in p. 1. Script. Heidelb. id figmentum etymologicum & insipidum commentum nuncupat.* Add. Schott. *d. l.* ubi duas alias significationes manus mortuæ adducit. Latissimè vom Haupt-Recht vid. den ausführlichen Discurs über der Ritterschaffts Beschwerden, contra die Burgausche ꝛc. beamten; in der neunzehenden Hegauischen Beschwerd. *p. m. 448.* Sic inquam, licet varient jura propriorum hominum, de quo latiùs Auth. *J. C. P. d. c. 2. & 3. p. 1.* Idem tamen *d. cap. 2. §. 8.* subjicit, frequentissimum & antiquissimum esse dominos propriorum hominum angariis & operis frui. Add. præter Aa. illic allegatos, *Tr. V. 1. D. 2. th. 4.* Arum. *D. J. P. 26. n. 107.* Rosenth. *d. F. c. 5. q. 71.* C. I. A. *d. Stat. Hom. th. 18.* qui cum aliis passim testantur, homines proprios plerumque ad operas teneri. Idque imprimis in Palatinatu inferiori recepti moris & juris esse, tradit prælaudatus Auth. *J. C. P. c. 3.* ubi tamen in fine admonet, hæc omnia alibi conjunctim, alibi verò divisim, pendi, pro diversa mancipatûs in Germania facie & natura. Add. Spring. *in d. Epist. ad Amicum. imprimis verò laudum compromissoriale, ratione Wildfangiatus. Serenissimo Ele-*

*ctori*

*Ctori Palatino competentis*, quod refert Burgold. *ad. J. P. 1. d. 26. n. 12.* Hinc servitutis homagium in hunc ferè modum conceptum legi: daß sie nehmlich ihrem Leibherrn nicht abschweiffig, oder fluchtsam, sondern treu, hold, und mit Frohn, Dienst, Leibsteur, Pön, Fällen, Gelässen, und allem deme, so sie von Leibsschuldigkeit wegen, dem Leibherrn von Alters her zu thun schuldig, gewärtig seyn wollen ꝛc.

24. Sic & Dominus directus prædii rusticì, vel alius, superioritate licet destitutus, operas nonnullas per pactum & stipulationes sibi acquirere potest. *arg. l. 4. l. 5. d. O. L. l. 1. C. eod.* Sichard. *ad Rubr. d. t.* Quemlibet enim conditionem suam aggravare posse, extra dubium est. Ein freyer Mann kan sich zu Dienst und Frohn wohl verbinden, und seinem freyen Stand ein Beschwerd beyrücken, *l. 22. C. d. Agricol. & censit.* Husan. *c. 3. num. 5. cap. 6. num. 61.* Ziegl. *§. Nobil. num. 52.* Maul. *d. homag. tit. 4. num. 1.* Idque non tantùm ad certum tempus, sed & in perpetuum. Dn. D. Lauterb. *ad Tit. loc. num. 13.* Vicissim & domino prædii liberum est tempore concessionis prædii, legem ponere quam vult, *l. 48. d. pact. l. 7. Com. præd.* Balthas. *c. 7. p. 100. & c. 4. p. 79.* v. latè Stam. *d. servit. Pers. lib. 3. c. 12.* Sicut enim Vasallus domino feudi, & libertus patrono, propter acceptæ rei feudalis, aut libertatis beneficium, ad servitia adstringi potest. *c. un. §. f. in qu. caus. feud. am.* ita pariter rustici, ratione acquisiti prædii, ad operas pro utilitate domini subeundas obligari queunt, ita, ut illæ postmodò pars canonis vel annuæ præstationis esse, existimentur; hinc & vulgò Gültfrohn appellari solent, Balthas. *d. c. 7. p. 109.* Idque & tacito pacto fieri posse, si scil. prædio operæ inhærerent, idque alius non ignorans acceptaret, *arg. l. 3. d. R. C.* ostendit Balthas. *d. l.* modò tamen per hujusmodi pactum domino territoriali, quoad competentem sibi superioritatis jure servitiorum exactionem, præjudicium inde non generetur. vid Balthas. *d. l.* Huc etiam pertinet, quòd dominus, tempore receptionis in civem, possit apponere legem, quàm vult; veluti si paciscatur, ut singulis annis, hoc vel illo mense, solvat aliquot modios frumenti, aut certam summam denariorum, Kornpächt oder Gült; item ut toties domino operetur arando, conserendo, triturando &c. quæ omnia plerumque solummodo à Nobilibus in pagis & villis eorum introduci, asserit Besold. *in Thes. Pr.* v. Burger. quem vid. Id hîc etiam non incommodè

III. *Vi conventionis.*

modè quæri potest: Ob die vom Adel erkauffte Bauren-Güter, welche mit Frohn und Dienst beschwehrt, jus & naturam immunitatis, bekommen, und dem Adel frey anwachsen, oder ob selbige den Diensten und Beschwerden verhafft bleiben? Prius multis, quoad die Reichs vom Adel maximè propter Jus deß Adels frey kauffts, defendere conatur Casp. Lerch. *d. Ord. eq. art. 2. num. 103. p. 170. & multis seqq.* posterius verò plerique quoad Nob. in genere verius arbitrantur, Speid. *in Spec. v.* Bauren-Güter. Klock. *c. 14.* Tabor *d. Metat. p. 97.* Brunnemann. *ad l. 2. C. d. Privileg. dom. Aug. l. f. C. d. Exact. Trib. aliique plures*, à Balthas. *allegati c. 8. p. 150.* vid. Rosenthal. *d. T. c. 8. q. 22. in f.* Pactis tamen, consuetudine aut aliis ejusmodi modis, contrarium multis in locis receptum esse, omninò nullus dubito. Quod ipsum me, controversiâ, hac ipsa de re motâ, paucas ante septimanas docuit Vir quidam Nobilissimus, in praxi non parum versatus; exempla suppeditat Lerch. *d. tr. p. 181.* Sanè in der Weinmar. L. Ord. *tit. 36.* expresse sancitum est, ne Nobiles emant bona, eo fine, ut immunitatem sibi polliceantur, Knichen. *d. vestit. part. p. 2. cap. 3. num. 109.* Id etiam hic quæri posset, an prædio, cui operæ inhærent, aucto, augeantur & servitia; & vicissim, an propter decrementum prædii, servitia quoque minuantur? A. id contra Carpzovium, Balthas. *cap. 12. p. 326.* Add. Struv. *in simili causa, in Synt. Feud. p. 414.*

IV. *Vi* Præscriptionis.

25. Sicuti pactis, ita & legitima præscriptione, jus operas exigendi (unà cum territoriali jure eas quæ inde dependent, vel sine eâ cæteras) acquiri posse, non ullum dubium esse, testatur Klock. *c. 2. num. 46. & c. 17.* Erhard. *concl. 10.* Knipschilt. *l. 6. c. 3. num. 14. cum allegatis.* Ita Comites Wertheimenses in Monasterio Brumbach, id à tempore hominum memoriam excedente habitum & usurpatum jus dixit Auth. deß Wertheimb. Gegenberichts, contra Würtzburg. *c. 3. f. 43.* his verbis: Ebenmäßig hat die Grafschafft die Frohn, Lager, Atzung und Reyß bey mehr besagtem Kloster von Alters her gebracht. Modò tamen non familiaritatis, precarii, devotionis, aut amicitiæ tantùm causa, vel vi coacti eas præstiterint, Aus keiner Schuldigkeit oder Pflicht, sondern allein auff Ansuchen und aus Gutwilligkeit, zur Bette, oder Herrschafft zu gefallen, Gail. *d. Arrest. c. 7.* Stamm. *lib. 3. c. 13. num. 9.* Carpz. *p. 2. constit. 4. def. 2.* Franzk. *l. 2. Resp. q. 15.* Sed quid, si rustici dicant, se servitia aliquandiu precariò præstitisse; at dominus contra, jure

suo

suo se illa exegisse, utri incumbet probatio? vid. Moller. *l.4. semestr. cap. 38.* Knichen. *d. d. c. 3. n. 49.* Justus titulus, bona fides, an & quatenus; item quot anni ad hanc præscriptionem requirantur, vid. ap. Erhard. *concl. 14. & seqq.* Maul. *d. t. n. 7. & seqq.* Balthas. *d. c. p. 200.* Stamm. *d. c. n. de Jure Saxon.* vid. Carpz. *p. 7. const. 4. d. 1.* Klock. *c. 17.*

26. Nec minus ex speciali concessione, privilegio, gratia Principum, jus operarum, quod territorii vel alio jure habent, interdum in alios derivatur, Klock. *d. c. 2. num. 37.* Ziegl. §. *Nobil. num. 55.* §. *10.* possunt enim & solent Principes, aliique qui jure superioritatis territoria possident, ex iis Nobilibus aut aliis castra, pagos, vicos, plerumque cum omni causa, emolumentis, adhærentiis, pertinentiis, jurisdictione, & aliis, atque sic etiam hoc, juribus, Mit allen ihren Ehren, Würden, Freyheiten, Ein- und Zugehörung, mit allen Gerichten, mit Ober- und Unter- oder Erb Gericht ꝛc. plerumque feudi lege conferre, ita, ut rustici Nobilibus suis etiam juramentum subjectionis præstare cogantur. Struv. *Synt. Feud. D. 6. th. 10.* Reink. *l. 1. Cl. 5. c. 11. num. 36.* Rosenthal. *c. 5. q. 8.* Paurmeist. *lib. 2. de Jurisdict. c. 9.* Knichen *de vestit. pact. part. 2. cap. 1. & de jurisdict. territ. cap. 1. num. 228.* Omninò autem hic tenor investituræ quam diligentissimè attendendus, Erhard. *conclus. 9.* Cùm igitur jurisdictio secundum prædicta nil commune habeat cum operis, sequitur castro, e. g. in feudum dato, cum jurisdictione tam inferiori quam superiori, non simul Jus operarum concessum esse; utpote cum talis investitio ad jurisdictionalia in causis civilibus & criminalibus non verò ad Jus superioritatis vel alia regalia pertineat, Klock. *cap. 19 num. 637.* quo facere videtur, quòd Nobiles in Austria & Misnia à Principe territorii operas redimere teneantur. Besold. *de trib. domest. soc. spec. c. 5. num. 6.* Hinc peculiarem earum concessionem vestitiam requirit Knichen. *d. c. 1. num. 1.* & ex *Andr. Isern.* refert Erhard. *conclus. 9.* quòd necessaria sit clausula cum angariis & parangariis, ad hoc, ut Baro possit servitia exigere: Wie dann die Investituren und Lehen-Brieff gemeiniglich auch auf die Frohn und Dienst gerichtet werden. Erhard. *concl. 10.* Klock. *d. c. 2. num. 38.* Si tamen quis usum vocabuli Jurisdictionis in regione quadam tam amplum esse ostendat, ut & servitia hæc comprehendat (quid enim hujus nomine veniat, id non tam desumi debet, ex jure Romano, quàm ex usu cujuscunque Reip. Hahn. *ad*

V. *Vi* specialis concessionis.

*Tit. de Jurisdict.*) ille me non nimis refractarium habebit; quà de re specialem constitutionem in Electoratu Bavariæ existere, ait Balthas. *c. 7. p. 125.* Klock. *c. 20. num. 88.*

VI. *Vi.* necessitatis. 27. Quamvis autem ab operis præstandis aliàs immunitatem subditi concessam habeant, aut hæ vel illæ nunquam ab iisdem exactæ fuerint; publica tamen necessitate ingruente, easque poscente, licitè nihilominus exiguntur, *arg. c. 2. X. de Consil. c. 2. X. de immunit.* Erhard. *conclus. 10.* Knipsch. *d. l. 6. c. 3.* Balthas. *c. 9.* cùm & aliàs, eadem urgente, à regulis juris communis recedi soleat, *l. 162. d. R. J. sc. necessitas*, inquit Seneca, *magnum imbecillitatis humanæ patrocinium, omnem legem frangit.* v. Klock. *c. 4. num. 214. & seqq.* Hinc Nobiles, aliosque subditos ac cives, ad custodiam castris suis faciendam zur Wachtfrohn (ad quam aliàs de jure cives non tenerentur, *Constit. Elect. Sax. p. 2. constit. 51.* Carpz. *ad d. Constit. d. 1.*) cogere posse, multis authoritatibus comprobat Balthasar *c. 9. v. 1.* Idem etiam Juris esse in refectione castri, sentit Becht *de Salv. cond. concl. 52.* de nocturnis operis *Vid. infr.* De operis & operibus publicis, quæ propter delicta exiguntur, & à nostris vocantur Schellenwerck, V. Besold. & Speid. *d. V.* De illis verò, quas obærati debitores vice debitæ pecuniæ præstant, v. Mev. *ad Jus Lubec.* Stam. *de serv. person. l. 3. c. 6. n. 5. & 6.* nec non de iis, quas ab hostibus redemti, in casu, quo lytrum solvere nequeunt, per quinquennium redemtori debent, *V. l. f. C. de postlim. revers.* de singulis enim hisce operis non hic est agendi locus. Ex prædictis autem infertur 1. unum eundemque rusticum, & diversis dominis, diverso, nempe subjectionis, conventionis, & manicipatûs, jure, diversas operas præstare teneri: & uni eidemque, sed diversis ex causis: Licet enim aliàs nemo duplici onere sit prægravandus, ut tradunt Dd. *per l. bona f. d. R. J. & alios text.* exceptionem tamen id patitur, si ex diversis causis & obligationibus quis aliquid præstare teneretur, Klock. *de Contrib. c. 11. n. 28.* 2. Quamvis magnum vinculum & plerumque subjectionem importent operæ, non tamen per eas infallibiliter probari posse die Landsfürstl. Obrigkeit.

*Ad operas tenentur subditi.* 28. Quinam ad operarum præstationem adstringantur, ex iis, quæ de personis eas exigentibus dicta sunt, conjicere licet: Nobis hîc dixisse sufficiat, quòd præprimis subditi, quorum gloria in obsequii promtitudine vertitur, hoc onere graventur, Erhard. *concl. 19.* Knipsch. *d. l. 6. c. 3.* Hi quippe per domicilii constitutionem ad omnia

omnia onera, servatâ tamen graduum distinctione, & salva pactorum, privilegiorum, dispositione, simul tacitè se obligasse censentur. Nobilis. & Amplis. Dn. Hasenloff. *Tr. de Domicil. th. 51.* Tentzel. ap. Fritsch. *p. 1. Ex. 2. th. 113.* Subditum autem, moribus nostris, non facit sola, ut quondam, origo, nec domûs, bonorum aut feudi possessio. Viet. *de caus. Exem. concl. 22. & seqq.* Brunnem. *ad l. 4. C. de Incol.* Klock. *c. 11. n. 4. 5.* V. tamen eund. *c. 13. n. 16. & seqq.* latè Bes. *v.* Huldigung. *p. m. 707.* Tentzel. *th. 44. th. 80. 84.* ubi except. nec sola jurisdictio vi magistratûs competens, nec contractus, aut delictum, imò nec solæ operæ, vel jus mancipii, Gail. *de Pignor. th. 8. n. 5.* Tentzel. *de Ex. th. 79. & seqq.* Petr. Poncet. *de Civ. Municip. dist. 4. p. m. 380.* Auth. *J. C. P. passim.* Sed domicilium vera & unica causa est, quæ facit subditum propriè & magis in specie (vid. Tentzel. *de Ex. th. 7. & seqq. th. 73. & seqq.* ita dictum, M. Dn. Myl. *c. 38. n. 7.* Dn. Hasenloff. *th. 50.* Gryph. *ap. Arum. Disp. 26. th. 18.* Vid. Brandes. *ap. Fr. p. 2. Ex. 4. th. 14.*) etiamsi homagium, die Land- und Erb-Huldigung, non sit præstitum, M. Steph. *de jurisd. l. 12. p. 1. c. 7. n. 250.* Maul. *d. hom. tit. 1. n. 2.*

29. Et quidem ex illis Rusticos sive villaticos plerumque operis & servitiis non honoratis & sordidis obnoxios esse, extra omnem dubitationis aleam est, Erhard. *concl. 18. 19.* Ihren Herrn müssen sie offt des Jahrs dienen, das Feld bauen, säen, die Frucht abschneiden, und in die Scheuren führen, Holtz hauen, und Gräben machen, Münster. *lib. 3. c. 28.* Cosmograph. Vid. Speid. *in Spec.* h. v. Balthasar *c. 8. p. 135.* Rusticos autem hîc dicimus, qui ruri in pagis aut oppidulis, in den kleinen Bauren-Städtlein, habitantes, laborant terram seminando, vineas fodiendo, aut quid simile faciendo, Münster. *d. c. 28.* Speid. *Spec. v.* Bauren. & opponuntur civibus sive Burgensibus, den Bürgern, qui in Burgis, civitate aut urbe habitant; secundum vetus proverbium: Burger und Baur, scheidet nichts als die Maur: quod explicat Franck in seinen Sprüchwörtern. Cluv. *de Germ. Antiq. l. 1. c. 11. p. 111.* Burg. *ad J. P. p. 1. Disp. 21. m. 4. p. 383.* ubi ex Lehman. aliisque originem discriminis inter plebem urbanam & rusticam, unter Burger und Baurn, refert dedisse Henricum Aucupem, nonum quemque virum, cum certa frugum parte, ex agro & pagis in urbes, ab illo noviter extructas, (eum enim præ aliis in Germania urbibus struendis operam navasse, ostendit Conring. *de Urbib. Imper. p. 29.* M. Dn. Myl.

Et ex illis *Rustici* præcipuè.

*Archol.*

*Archol. cap. 28.)* transferendo. Nec hodie tamen rarum est, in Germania villanos, qui jura universitatis in villâ quadam, præsertim in denen Marckflecken, consecuti sunt, Burger vocari. Knipsch. *de Civ. Imp. lib. 2. c. 19. num. 15.* quod in specie de pagis Würtenbergicis tradit Dan. Hauff. Id non omittendum esse duximus, rusticos Germaniæ alibi liberiore, alibi duriore, conditione vivere, Burgold. *ad J. P. p. 1. d. 13. in f.* vid. Ziegler §. *Nob.* Husan. *c. 6. num. 75. & seqq.* ita, ut reperiantur Rustici in Principatu Elwacensi & aliis quibusdam in locis, nulli domino subjecti, adeoque omni vicinorum dominorum jugo exemti, à tributis, servitiis, aliisque similibus, prorsus immunes, Mager. *de Advoc. arm. c. 6. n. 27. & seqq.* Imò reperiuntur integri pagi, qui præter Imperatorem nullum superiorem agnoscunt, Freye Reichs-Dörffer. vid. J. P. *art. 1. § 2. v. Terminus à quo.* inter eos refert Goldast. *in epist. dedicat.* der Reichs-Händel Suffelheimb, Jodramstein, Gamb, und andere. Consimilis ferè juris fuisse Rusticos in Altingen propè Herrenberg, & Mühlhausen ꝛc. refert Speid. in *Spec.* v. Bauren. Daß sie nemblich mundbare Flecken waren, die keinen Vogt gehabt, sondern immediatè unter Käys. Majest. gewesen, nachgehends aber sich in Fürstl. Würtemberg. Schutz vertraut. Huc etiam pertinet, quod von den Frey-Bauren ex Husano adducit Stam. *de serv. Pers. lib. 3. c. 3. num. 2.*

Et Cives, 30. Sed tamen nec Cives omnes ab operis & aliis muneribus maximè quæ in civitatis custodia, excubiis, munitione, & defensione consistunt, immunes sunt. Civis enim loci non est, qui loci onera non sustinet, *l. 1. §. 1. ad Munic. l. 33. §. 5. eod.* Erhard. *concl. 20.* Knipsch. *lib. 6. c. 3.* quo pertinet locus A. B. *tit. 16. ibi:* Es sey dann, daß sie leiblich und auffrichtig in die Städt ziehen, und mit der That und Warheit, ohn Betrug, in solchen ihren Sitz und Herd haben, auch die gewöhnliche Bürden, als Dienst, Stadtrecht, Tribut, Steur, und dergleichen Aufflagen in denselben über sich nehmen, und außrichten. Et sanè nihil priùs audire solent novi cives, quàm illud: contribulis factus es, observa ordinem. Arnis. *relect. lib. 1. c. 5. sect. 5. num. 22.* Nec id injuria: cùm non ferendus sit, qui lucrum amplectitur & onus recusat, *l. un. §. 4. C. d. Cad. toll.* Notandum tamen monet Knipschilt. *d. l. num. 6.* discrimen inter subditos Civitatenses & villaticos; quòd illi ea tantùm, quæ ad communem totius civitatis utilitatem pertinent, præstent, ut sunt:

ligna

ligna in civitatis usum cædere, advehere, plateas à sordibus expurgare, vias munire, pontes reficere, civitatem custodire, aut tale quid operari, quod publicè sit utile. v. Ming. *d. l.* Verùm hanc restrictionem non omnibus convenire Civitatibus, ostendunt operæ venatoriæ, aliæque similes, quas civitatenses etiam exhibere solent, teste experientia. Videndum igitur, quid morum diuturnitate & quasi consensu introductum sit, Erhard *d. concl. 20. l. b.* Quod v. Balthasar *c. 9. p. 173.* tradit, ab operis, publicam utilitatem & necessitatem respicientibus, ne quidem Imperatorem, Ecclesiam, aut alias personas privilegiatas immunes esse: id quo sensu verum sit, disci potest ex iis, quæ tradit Klock. *c. 9. & 12. num. 224. de Contrib.* Brunn. *ad l. 5. 7. 11. C. d. SS. Eccl. ad l. 1. C. de privileg. dom. Aug. ad l. f. d. t. imprimis ad l. f. C. d. immun. nem. conced. ad l. 6. l. 11. C. d. op. publ.* Petr. Poncet. *d. Civ. dist. 39.* Cives quinam hîc dicantur, ex prioribus colligitur.

31. Incolas, Beysitzer, Gädemer, Bey- und Innwohner propriè cives non esse, magnamque inter hos diversitatem esse, ita, ut in Statutis Civium appellatione regulariter non veniant, hodieque multis in locis quædam commercia, pascua, aliaque civitatis commoda, exclusis incolis, ad solos Cives sint restricta, post plures alios, novissimè ostendit M. D. Myler. *c. 38. de St. J.* Dn. Hasenloff. *de tr. th. 54. 55.* Nihilominus tamen veri sunt subditi, &, quoad subjectionem, à civibus nihil vel parum differunt, Schüz *V. 1. D. 6. th. 17.* Knipsch. *l. 2. c. 29. n. 78.* Gryphiand. *apud Arum. Disc. 26. n. 46.* Hahn. *ad Wes. ad Municip. inf.* plurimis etiam civium commodis, privilegiis, & juribus utuntur. *V. l. 27. §. 1. ad Mun.* Dn. Hasenloff. *th. 55.* largâque civium appellatione veniunt, Knipsch. *d. l. per l. 190. l. 239. §. 2. d. V. S.* Zahn *Ichnogr. c. 90.* Hinc & statutis & consuetudinibus illius civitatis obligantur, Carpzov. *p. 3. constit. 12. d. 16. d. 20.* Zahn *d. c.* muneribus etiam civilibus, æquè ac cives, in loco domicilii fungi tenentur, *l. 22. §. 2. l. 29. l. 34. ad Municip.* etiamsi locum originis sive domicilium naturale habeant diversæ jurisdictionis. Klock. *c. 11. n. 10. & seqq.* cùm illius effectus hodiè ut plurimùm sit sublatus, M. D. Myl. *d. c. 38. n. 8.* vid. Dn. Hasenloff. *de tr. th. 14.* ubi & exceptio hujus, & ratio prædictæ mutationis, habetur. Add. Brandes *de Ex. th. 58. & seqq.* Quidni igitur & operas ab incolis exigere liceret, Erhard. *concl. 20.* nisi aliter statuto aut consuetudine receptum sit. Wehn. v. Burger. Gail. 2. *O 35. n. 8.* quod ipsum de incolis Spirensibus constitutum, testatur Erhard. *d. l.*

*An & Incolæ?*

*d. l. in f.* daß sie aller anderer Personal-Beschwerden, als hüten, frohnen, wachens, schiessens ꝛc. frey und ledig seyn. Incolas autem hîc dico illos, qui larem & domicilium cum omnibus habitationis commodis in civitate, sine civitatis tamen jure, habent. *d. l. 27.* Tentzel. *d. l. 239. th. 71. l. 7. C. de Incol.* De hisce tradit Gail. *2. O. 35. n. 8.* & Knipsch. *l. 2. c. 29. n. 104.* in Civitatibus Germaniæ passim hodiè consuetudine receptum esse, quòd incolæ ultra annum, si civium jura redimere nolint, non tolerentur: idque propter communia onera civium; docet tamen Brandes *de Ex. thes. 12. & pr.* adhuc hodiè fieri posse, speciali pacto, præscriptione, privilegio, ut quis absque omni agnitione muneris, usuque privilegiorum, nudum jus ibi securè, etiam in perpetuum commorandi & habitandi habeat, daß einer ein Schutz- und Schirms-Verwandter, Hintersaß sey. V. Wehn. v. Hintersaß. Clientes sive in protectionem recepti, die Schirms-Genossen, licet quandoque etiam subditorum appellatione veniant, & propterea sæpius à Protectoribus & Advocatis suis, von ihren Schirms- und Kasten-Vögten, in literarum inscriptione vocentur liebe getreue, teste Mager. *de Advoc. c. 10. n. 136.* quæ appellatio arguit subjectionem, & jurisdictionis usurpatur intuitu, secundum Gail. *de Arrest. c. 7. n. 10. & 13.* Knipsch. *d. l. c. 12. n. 82. & seqq. 186.* ad operarum tamen præstationem compelli nequeunt, nisi se ad operas specialiter obligaverint. Mag. *d. c. 10. n. 438.* Hinc Everhardus W. Comes, 24. Civitatum Imperialium Protector, cùm ab hisce civitatibus quotidianas operas, census & tributa, exigeret, Cæsar eum ab hujusmodi exactionibus abstinere jussit &c. Knipsch. *c. 24. lib. 2. num. 33.* Patronis enim & Advocatis sive Clientelaribus Protectoribus regulariter nulla in clientes jurisdictio, intuitu protectionis, competit. Schutz und Schirm enim non jurisdictionem, sed protectionem tantùm, importat, nec ejusmodi clientes subditi efficiuntur protectoris, sed remanent sub jurisdictione ordinaria, Mag. *d. c. num. 386. & seqq.* M. Dn. Myl. *c. 18. de St. I.* Knipsch. *c. 24. num. 63. lib. 2.* Ubi plures Aa. cumulantur. De forensibus quoque, an ad operas teneantur, nihil ferè apud interpretes reperire licuit; indifferenter tamen id negat Casp. Lerch. *de Ord. Equest. art. 2. p. 177.* sed nulla vel ratione, vel lege, vel autore adducto, nisi quòd operas ad onera tantùm personalia referat. *Auth. etiam Epist. ad* H. Stam. *de serv. person. lib. 3.* præfixæ, valdè conqueritur, quòd superioritatis exercitia eo usque

*An etiam Clientes?*

*An forenses?*

usque extendantur, ut cogantur etiam forenses personalia, saltem mixta, onera & servitia supportare. vid. tamen *Klock. d. c. 13. num. 58. & seqq. num. 36.* Dn. Tabor. *de Metat. p. 2. cap. 3. thes. 15. & p. 3. art. 6. thes. 1. p. 266.* In Ducatu certè Würtenb. subditi bona immobilia in extraneos vel forenses, an die Außleut und Außwürtische, vendendo, permutando, aut alio simili modo transferre prohibentur, daß nämblich den Amptleuten, von den außwendigen, so Güter bey ihnen haben, in Einbringung der Steuren, Schatzung, Reysen, Frohn, und dergleichen, viel Irrung und Beschwerden, dadurch Ihrer Fürstl. Durchl. und deroselben Räthen vielfältig bemühet worden, ins künfftig nicht begegnen, W. L. *p. 2. t. 9.* §. Wir setzen. *L. D. tit. 17. pr.* Dn. Lauterbach. *in differ. ad d. t. 9. th. 16.* Idque passim statutis fieri, testatur *Klock. d. c. 13. num. 7.* An verò consuetudine induci possit, ut onera etiam merè personalia forensibus imponantur, id adeò ad me non pertinet. vid. *Klock. c. 17. num. 198. & seqq. c. 13. num. 31. & seqq.* Gail. *2. O. 52. num. 18.*

32. Non parum illa quæstio divexat Dd. An plures subditi defuncti filii vel heredes, pro rata, an verò singuli in solidum, ad operas teneantur? Latè hanc controversiam, variis distinctionibus adhibitis, nempe: an operæ debeantur ex sacramento fidei clientelaris ac obsequii sive homagii, an verò intuitu prædii, quod defunctus possederat: &, hoc casu, an possideant omnes heredes, an non; & an divisionem recipiant, an non: decidit Balthas. *c. 8. p. 162.* quò faciunt ea, quæ in simili quæstione adducit Struv. *Syntag. Feud. c. 11. p. 42.* Husan. *c. 6. n. 79. & seqq.* Vicissim quæritur: Quomodo domino, plures liberos vel heredes relinquente, mortuo, operæ sint expediendæ? vid. eundem Balth. *c. 7. p. 125.* Add. Struv. *d. tr.* quò referri posset & illa, quam Husan. proposuit. *c. 6. num. 86.* An sc. plures domini subditos communes inter se, quoad operas, dividere possint, ut quisque suos habeat, à quibus solus operas exigat?

33. Cœterùm cum & Vasallus per substitutum serviendi licentiam habeat, si ad servitia præstanda vel propter ætatem, vel alium defectum, sit inhabilis, v. Ludw. *Syn. Feud. c. 14.* Struv. *Synt. F. c. 11. th. 6.* æquitati non minus erit conveniens, subditis idem juris, ratione operarum, concedere, wann wegen Kranckheit, Alter und Unvermöglichkeit, oder anderer erheblicher Ursachen, *Si Subditus sit inhabilis?*

chen, oder Hinderungen, die Arbeit auff erfordern nicht in Person geleistet werden könte, daß entweder ein substituirter Taglöhner zugelassen oder zu andern Zeiten der Tagdienst und Arbeit erfordert werde, ne scil. ad impossibilitatem, cujus nulla est obligatio, adstringi videantur, *l. 185. d. R. J.* Erh. *concl. 39.* Balth. *c. 10. p. 226.*

*Quinam sint immunes ab operarum præstatione?*

34. Imò non uno tantùm casu contingere potest, ut veri etiam subditi, vel ab omnium vel certarum operarum exhibendarum obligatione eximantur, Erh. *concl. 32.* Sic qui cum determinatione tantùm alteri subjecti sunt, vel qui se regimini alicujus submiserunt, certa lege, salvis privilegiis, atque exemtionibus, illi certè contra pacta gravandi non sunt *l. 1. l. 5. d. pact.* Tentzel *th. 45. & 49.* Idem & de illis dicendum, qui postmodum immunitatem consecuti sunt publicâ lege, consuetudine, præscriptione, conventione: Eamque vel *universalem;* sic oppida quædam & vicos à quibusdam operis immunes vel in hoc ipso Ducatu reperiri, praxis ostendit: *vel singularem;* talem consecutus est Magerus à Schönberg prout ex §. *Bullæ Imp. quam producit. c. 10. num. 283.* constat. In genere verò personis honestioris ac liberioris conditionis operas per se imponi non posse, post plures alios, docet Balthas. *c. 8. p. 135.* Exinde Nobiles, Milites, Dd. Clericos, Medicos, honestarum disciplinarum Professores, aliasque similes personas, ab operis, aliisque vilibus & sordidis oneribus, immunes pronunciat Rosenthal. *d. F. c. 5. concl. 72.* nec pro tuenda civitate Dd. juris teneri excubias agere, nec diurno tempore ad portas, vel nocturno tempore vigilare, nec loricis, vel armis, quæ aliis civibus imponuntur, instructus esse, contendit Klock. *c. 15. n. 8.* post Halbritt. *de privileg. Dd.* Sordida equidem & vilia munera vilioribus etiam personis sunt conferenda *l. 12. & seqq. C. d. Excus. mun. & ibi:* Brunn. Add. *l. 3. 4. 14. C. d. dignit. l. 6. C. d. Profess. l. 3. l. 4. & t. t. d. Vacat. & Excus. Mun.* Gail. *2. thes. 52. n. 7. V. seqq. l. 4. si à parent. quis manumitt. l. 10. d. obseq. par.* Casp. Lerch *d. Ord. Eq. art. 2. p. 109. n. 38. ibi.* bevorab weil *servilia, rusticaque munera, onera, & servitia varia, generosis, liberisque personis & bonis,* bey allen Völckern zuwider gewesen ꝛc. dieweil bald auffwarten dem Kayser, & contra bald unterm Bauren hauffen sich verschätzen, zu frohnen und dienen nicht müglich, und keiner *duplici onere* zu belegen ist ꝛc. *ad p. 169.* quò pertinent ea, quæ apud. Goldast. *in Carol. M. Capitulat. n. 13. f. 135.* leguntur, ibi: *placuit nobis, ut illos liberos homines Comites nostri*

*stri ad eorum opus servile non opprimant &c.* v. Brandes *th. 28.* Justitiæ enim ratio non indifferenter, juxta numerum personarum, functiones & officia distribuit, sed quid cuique convenit, perpendit, & convenientia singulis suo loco dispertitur. Ph. Melant. *in enarrat. lib. 5. Ethic. c. 1. & 2. V. l. 5. §. 3. de jur. Immunit.* Plura de Immunitatibus congesta videre licet apud Klock. *d. Contribut. c. 12. 13. 14. 15.* & Dn. Tabor. *d. Metat. p. 3.* Id tantùm adhuc addo, *l. 6. §. 1. C. d. Op. Lib. & l. 37. ff. eod.* in operis nostris locum non habere, ita, ut parentes ob liberos, ut ibidem, non liberentur, teste ipsa experientia, & Brunnem. *ad d. l. 6.* Denique, an is, qui ad castrum tenebatur operas præstare, eo diruto novoque alibi instaurato, liberetur ab onere operarum, ita, ut jure cogi non possit, operas ad novum illud exhibere, v. ap. Husan. *c. 6. n. 99.* Sixtin. *lib. 2. c. 13. n. 70. p. 242.* Maul. *d. homag. d. t. 4. num. 19.* Cæterum de personis operas exigentibus & exhibentibus fusiùs agere placuit, quod alii de iis parciùs in hac materia egerint.

35. Qui verò ad operas tenentur, non ante eas præstant, quàm si fuerint petitæ, auff erfordern und begehren: *Cùm enim operarum editio nihil aliud sit, quàm officii præstatio, absurdum est credere, alio die deberi officium, quàm is vellet, cui præstandum est,* inquit JCt. *in l. 22. d. O. l.* Gail. *d. Arrest. c. 10.* Balthas. *c. 13.* Sic & Vasallus ad servitia tenetur, nec tamen ea regulariter, nisi vocatus, præstat. Rosenth. *c. 8. quæst. 26.* Struv. *Synt F. c. 11. th. ult.* Quæ si non petitæ fuerint, censentur remissæ, sollen selbigen Jahrs gefallen seyn; Idque se in praxi observasse testatur Vir quidam in praxi versatissimus, daß nehmlich das Kloster Ursprung der Stadt Ehingen Jahrs genannte Dienst zu leisten schuldig gewesen sey: diese seyen vom Kloster etlich Jahr nicht gefordert worden, hernach haben die von Ehingen diesen Nachlaß in folgenden Jahren gesuchet, seye aber controvertiert, für die Ober-Oesterreichische Regierung gebracht, und die von Ehingen von ihrem Suchen abgewiesen worden. Quod ipsum maximè procedit in operis incertis, ut scil. subditi easdem; uno anno non exactas, per dominum sequenti anno supplere non obligentur. Ziegl. §. *Nobil. num. 127.* Balthas. *d. c.* In his enim præcipuè id agi videtur, ne antecederent operæ, quàm indictæ fuissent. *V. l. 13. §. 2. d. l. 22. l. 24. d. O. L.* Brunn. *ad l. 1. C. d. t.* si verò certo & determinato tempore essent præstandæ, subditi etiam non interpellati ad eas tenerentur. Rosenth. *d. c. 8. q. 26.* dies

Quando *operæ præstandæ?*

enim interpellat pro homine, *l. 12. C. d. contrah. ſtip.* Vid. tamen Herm. Stamm. *lib. 3. c. 21. n. 4.* In mora verò deprehenſi, vel ad illas ſupplendas, vel ad æſtimationem jure adigi queunt, *arg. l. 15. §. f. d. re jud. V. l. 26. de O. Lib.* Ziegl. *d. §. n. 129.* Balthaſ. *c. 12. p. 304.* Huſan. *d. c. n. 75.* Maul. *d. hom. tit. 4. n. 15.*

*An pro operis* pecunia *exigi queat?*

36. Occurrit hîc quæſtio: Annon pecuniam à ſubditis, operarum loco, exigere liceat? Pro præteritis, iisque neglectis, quòd id fieri poſſit, ex modo dictis conſtat; ſuccedit enim in locum obligationis facti id quod intereſt, *d. l. 13. l. 72. d. V. O.* Sich. *ad l. 1. C. d. O. L.* Brunn. *ad l. 1. p. l. 6. C. tit.* pro futuris verò ab invitis ſubditis pecuniam extorquere velle, jure communi conveniens non eſſe, crediderim, *arg. d. l 26. l. 2. §. 4. d. R. C.* Brun. *ad. d. l. 6.* Sixt. *d. regalib. lib. 2. c. 13. num. 74.* Ziegl. *d. §. n. 92.* Sich. *ad d. l. 1.* Dn. Fritſch. *d. jure Luſtrat c. 11. §. 3.* Mutuo tamen conſenſu, quin operarum exhibitio certa annua penſione, ad tempus vel etiam in perpetuum, redimi poſſit, non eſt dubitandum, (ut ſuprà punct. 10. dictum eſt) nec id rarum eſſe, teſtatur Sixtin. *d. c. num. 75.* Exceptiones alias tradit Brunn. *ad d. l. 1.* Sixt. *d. l.* Stamm. *lib. 3. c. 21.* Klock. *c. 2. n. 64. & ſeqq.* ubi & illam quæſtionem explanat: An ſubditi per longiſſimum tempus, loco operarum, annuatim informem pecuniæ ſummam exſolventes, ab operis per præſcriptionem tuti ſint? Id extra dubium videtur, ſi ſubditi modò operas præſtiterint, modò pecuniam, das Frohngelt, dominum non ſemper pecunias exigere poſſe; cùm ex actibus difformiter ſe habentibus nullum Jus perpetuum quæri poſſit: partes etiam debitoris favorabiliores ſint, quàm creditoris. Fritſch. *d. l.* ubi tamen nonnullibi contrarium obſervari dicit. An operæ alteri cedi, locari, delegari queant? vid. Ziegl. *d. §. n. 102.* Erhard. *concluſ. 28.* Sich. *ad T. C. d. O. L.* Beſold. *in Conſil.* Speid. *in ſpec.* Balthaſ. *p. 367.* Carpzov. *part. 2. cap. 51. d. 6.*

Quando *exigenda?*

37. Licet verò, ſecundum prædicta in facultate ſubditorum poſitum non ſit, tempus pro tempore eligere, aut aliis temporibus ſervitia præſtare, quàm quæ eis per dominum ad hæc deputantur; nec tamen in libero dominorum erit arbitrio, temporis nullâ habita differentiâ, ſubditis imperare, operas; generaliter enim in omnibus operis præcipuè obſervandum monet JCtus in *l. 22. §. f. d. O. L. ut temporis ſpatia, quæ ad corporis curam neceſſaria ſunt, liberto & ſubditis relinquantur: ſimilia* habentur *in l. 50. §. 1. d. t.* daß die

Unter-

Unterthanen von ihren eigenen höchstnöthigen Geschäfften nicht gar zu lang auffgehalten und in ohnwiderbringlichen Schaden gesetzt werden möchten. Contra hæc tamen graviter peccari, obvium est. Ponderanda in hanc rem sunt verba religiosi non minus, quàm juris consultissimi Brunnemanni *ad. l. 18. cum seqq. d. O. L.* Nocturno certè tempore regulariter non deberi, communiter à Dd. receptum est, Klock. *d. c. num. 63.* cùm sint diurnum officium, *l. 1. l. 3. ff. d. O. L.* proinde luce & per diem explicandæ, de mane usque ad vesperam Bes. v. Frohn. Ziegl. *d. §. n. 151.* Brunn. *ad d. l. 1.* nisi pacta, mores, necessitas, aliud admittant, Husan. *c. 6. n. 98.* Wehn. v. Dingnottul. Erhard. *concl. 24.* Balth. *c. 13. p. 342.* Quod de nocturno tempore, id multò magis de diebus dominicis & festivis aliis dicendum est, *arg. l. f. C. de feriis. c. 3. X. eod. Nov. Leon. 54.* An subditi diebus festivis literas aliò deferre cogi queant? V. apud Limn. *l. 6. J. P. c. 4. num. 19.* & Matth. Steph. *d. Jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. m. 2. num. 198.*

38. Ne inhonestæ aut alioquin illicitæ exigantur operæ, pietatis pariter est ac juris: daß den Unterthanen nicht solche Arbeiten aufferlegt werden, welche schändlich, oder mit Leibsgefahr vollbracht werden müssen. *Nam hæ demum, impositæ operæ intelliguntur, quæ sine turpitudine & periculo vitæ præstari possunt, l. 38. d. O. L. neque in re turpi ulla contrahitur obligatio. l. 26. d. V. O.* Add. *l. 15. d. Condit. Instit.* Gail. *d. Pac. P. c. 4. n. 11.* Stamm. *d. Serv. Pers. lib. 2. c. 6. num. 10.* Hisce annumerat Mev. *ad J. Lub. lib. 1. tit. 3. art. 2. n. 16.* admodum viles. Sed & ab insolitorum servitiorum (unlands gebräuchigen) extorsione sibi domini caveant. Maul. *d. t. 4. n. 11.* hæc enim non tantum summoperè jure reprobata, *arg. l. 4. §. f. d. publ. l. 6. §. 3. de Offic. præsid. l. 13. §. 1. v. caveant. C. de Agricol.* Ziegl. §. *Nob. num. 107.* Kl. *c. 2. n. 15.* Gail. *1. O. 17. n. 3. & 2. O. 62. de Arrest. c. 10. n. 7.* Speid. v. Frohn, Brun. ad *l. 2. C. Ne Rustic. ad ull. obseq.* verùm etiam eandem non rarò extorsoribus malè cedere, nemini obscurum esse potest; *cùm ferè contingere soleat, ut cum novis exactionibus & servitiis inopes premantur, ad vetera quoque deficiant, aut si adjiciantur insolita, cessent & consueta,* ut ex *Plinio* monet Erhard. *concl. 29.* ubi etiam ostendit, quàm magnifaciant subditi, sibi consuetudines & prærogativas servari. Add. *l. 4. §. 5. de O. Proc.* Hinc consuetudini, ut matri, reverentiam deberi, ait Kl. *c. 12.* Taceo, quòd semper metuendum sit ut ob immodicas exactiones, nova & insolita servitia, aliasque

Quales *exigenda?*

aliasque oppressiones, Monetarii, Leidani, Kniper dollingi consurgant, & exulceratos subditorum animos ad arma capessenda, & adv. magistratum convertenda, accendant. Klock. *c. 3. n. 317. & c. 18. n. 92. Sæpe enim sub pelle ovina simplices subditi in calcitrosos mulos degenerarunt, qui asperos postmodum dominos ex proprio ovili calcib. expellere non sunt veriti*, inquit Boccal. *cent. 2. relat. 6.* V. omninò M. Wehneri Tr. von Veränderung der Regiment. *c. 12.* E. converso, *moderata & intra consuetos fines cohibita, exactio subditos ad omnia pia obsequia præstanda & onera ferenda facit promtos paratosque*, Magnus ille Lansius, *p. m. in Mantissa Consult. de optim. divit. par. mod. part. 158.* Hinc non ineptè Genuensis ille Patritius, apud Guicciard. præsente Ludovici Sfortiæ Legato, ad Genuenses pecuniæ extorquendæ gratia misso, Cives & subditos comparavit flori Basilicæ; (Basilisken-Kraut) ut illa quippe herba leniter contrectata, gravissimum fertur odorem spargere; duriusculè verò si digitis comprimatur, odor insuavis, ac capiti noxius, percipitur: Ita pariter, si Magistratus ac domini mollicolis cives suos contractarint digitulis, suavissimum & copiosissimum ex iis haurient odorem: Eosdem verò si duriùs presserint, rebellionis, nec non inobedientiæ & contumaciæ succum & sanguinem elicient: unde versus illi apud Klock. *c. 18. n. 138.*

*Ozimon est fragrans, si leni bellice tractes;*
*Plus æquo pressum, ceu grave virus, olet.*
*Asperitas semper peccat, sed gratia raro:*
*Hic Jus est, ubi Jus, qui moderetur, erit.*

Consuetæ *quænam dicantur?*

39. Ut autem consuetæ operæ exactæ dici possint, juxta antiquam, certi alicujus loci, præfecturæ, pagi, aut singularis etiam prædii, consuetudinem & observantiam sunt imperandæ: Dein generalis Provinciæ consuetudo, denique ipsius etiam viciniæ attendenda: quæ omnia latissimè persequitur Balthas. *c. 11.* Variare enim locorum consuetudines, experientia satis superque testatur; Unde illa operarum species & qualitas, in uno loco consueta, in alio habetur inusitata: Generaliter tamen dicendum ait Balthas. *d. l.* & das Bayr. L. R. *tit. 22. art. 6.* Daß jenige Dienst und Arbeiten, welche gemeiniglich durch gedingte Ehehalten, Dienst-Knecht, und Mägd, verrichtet werden müssen, nicht zu den Landüblichen Frohn-Diensten gehörig seyen: als Holtzkliben, dasselbe, und das Wasser in die Kuche tragen, Obs schelen, oder schnitzeln, knetten, bachen, waschen,

waschen, fegen, außkehren, einhitzen ꝛc. inter consuetas verò referri posse, ackern, säen, Gräben machen, meyen, heyen, Frucht schneiden, und heimbführen, Hopffen-brechen, Obs abnehmen, Ruben häupten, Flachs oder Hanff liechen, brechen, haariffen, spreiten, Wasser schöpffen, und führen, Item treschen und spinnen (wann solches von Alters herkommen, oder in den Saal-Büchern begriffen, oder wenn es also bedingt worden) Bottenlauffen ꝛc. daß doch derentwegen, wann es über ein Meil, ein gleichwol geringer Lohn, als sonst, bezahlt werde, doch sey niemand ausser Land (es sey dann auf den Gräntzen) zu lauffen verbunden. In summa, & hac in parte, ut in totâ ferè operarum materiâ, observantia primas tenet, ut, si quis rectum judicium ferre cupiat, Jurisprudentum illa cautione opus habeat: *nihil generaliter definire, sed ad cujuscunque Provinciæ, præfecturæ, pagique usum & observantiam respicere; quæ in quovis loco diligenter exploranda, & ex eadem decisio desumenda*, Consil. Marpurg. *V. 4. cons. 43. n. 34.* Observantia verò, das alte Herkommen, quid sit, & quanto tempore concludatur: valdè dubium est inter Dd. Confusè enim de hac loquuntur, aliis eam & consuetudinem synonymicè usurpantibus, aliis ab hac variè distinguentibus; de quo latè Dn. Tabor. *de confront. p. 11. n. 16. & seqq.)* aliis ad minimum 40. vel 50. aliis etiam 100. annorum spatio eam terminantibus. Balth. *cap. 11. p. 266.* Ego id judicis arbitrio relinquendum existimo, *arg. l. 1. §. 2. de jur. delib.*

40. Cùm de Consuetudine Jus venandi hodiè ad regalia pertineat. v. *de Position. controversar. ex Jur. feud. de regalib. decad. posit. 4.* venationes verò sine operis venatoriis, ohn die Jagd-Frohnen expediri nequeant, has ipsas quoque ad solitas referendas censerem cum Balthas. *de cap. p. 284.* quales sunt, Pferd- und Hand-Frohn und Dienst zu Fortführ- und Haltung der Hund, Seyler, des Zeugs, Netz und Garn, Wild-Häger, und Wild-Zäun zu machen, Hund auffstocken, für- und anzustehen, aliaque servitia, sine quibus venationis Jus commodè exerceri nequit, Besold. v. Forst. M. D. Myl. *c. 73. n. 14.* Dn. Ernest. Frid. Schröter. *de banno ferino, th. 20.* quæ regulariter præstantur à subditis in districtu forestali sitis, Wehn. v. Forst-Recht. Schrœtt. *d. l.* ubi & mitigatas esse hodiè operas illas testatur, ut subditi ad talia onera sationibus agrorum, aliisque rebus necessariis relictis, trahi non debeant, ex Wehner. d. V. zu Ernd- Herbst- und Säe-Zeiten, oder da sonst nöthige und obliegende *An opera venatoriæ?*

Geschäffte vorhanden. Add. omninò Seckendorff im Fürsten-Staat. *p.3.c.3.p.m.311.* & Dn. Fritsch. *de jure Lustrat. c. 1.* ubi latiùs tradunt, quatenus operæ venatoriæ à subditis exigendæ, und wie die Jagd-Frohnen einzurichten. Vid. quoque Schrœter. *de Disp. th. 21. & 22.* ubi casus enumerat, quibus hæ operæ cessant. An subditi teneantur ad educationem canum venaticorum, die Jagdhund zu halten und aufzuziehen: item, ob sie gezwungen werden können, wann irgends ein Hund von einem Schwein, oder sonst, verletzet, solchen heilen zu lassen, oder da sie einen casu verloren, einen andern darfür zu schaffen, vid. B.L. *tit. 22. art. 6. ibi:* Aber das Hundhalten, es sey dann also hergebracht, ist kein Scharwerck. Wehn. v. Forst. Besold. *cons.p.1. cons.3. tit.4.* Balth. *d.c.p.278.* ubi canum alendorum jus, contra Wehner. & pacto & præscriptione, nec non per antiquam observantiam acquiri posse, docet. De Alphonso Rege Neapolis scribit P. Greg. Tholosanus, *lib. 3. de Rep. c. 6.* quòd porcos suos alendos, impiguandos, & custodiendos dederit subditis, & demortuos exsolvere coegerit; quo jure, quavè injuria, disceptent alii.

*An custodia castri?* 41. De custodia castri, sit ne inter solita servitia recensenda? ex supradictis judicium ferri potest: pluribus negativam, de regula, adstruunt Auth. â Balthas. *h. c. p. 286.* allegati; qui tamen varias addunt limitationes, præprimis casum eminentis domino aut universitati periculi, & necessitatis, ut in aliis, sic & in his, ut suprà dictum, exemtæ. Quò respicit das Bayr. Landr. *d. art. 6.* Deßgleichen das Wachen im Schloß ist kein Scharwerck, es müßte dann zu gemeiner oder des Hoff-Marcksherrn sonderbaren Nothdurfft angestellet werden. & Aug. Elect. Sax. *Constit. 51. p. 2.* ibi: Da aber dennoch derowegen eine verwehrte Gewohnheit, oder aber sonderliche Pacta und Vereinigung könten dargethan werden, oder es wäre in gemeinen Kriegsläufften, oder daß Mord-Brenner Schaden thäten, oder die Herren hätten abgesagte Feind, ꝛc. Carpzov. *ad d. constit. d. 1.* ubi plura de exceptionibus illis adjicit; imprimis verò de sequenti docet, rusticos tempore belli cogi posse, ut non solùm castra dominorum custodiant, sed & pro defensione sui quique pagi in excubiis sint, sich selbst zu bewachen; eos tamen, ut maleficos custodiant, cogi non posse, nisi aliud loci consuetudine introductum, *d. c. d. 15.* docet. De excubiis, quæ exiguntur auff den Hochzeiten, Kindtauffen, und Begräbnussen, vid. eundem *d. c.*

*d. 7.*

*d. 7.* An & quatenus rustici servitia ad ædificia dominorum extruenda præstare teneantur, latè agit Berlich. *p. 2. concl. 65.* Carpzov. *part. 2. cap. 52. d. 1. & seqq.* Brunnem. *ad l. 1. Ne rustican. ad ull. obseq. devoc.* Id in quibusdam pagis hujus Ducatus receptum esse vidi, ut ex rusticis unus, per vices, singulis diebus, cum hasta ad publicum quendam locum sit: muß bey dem Amt-Hauß auffwarten (quem propterea per meton. sign. den Tage-Spieß appellant) ut per eum literæ transportentur, vel alia negotia celeriter obvenientia expediantur; cujus origo, ni fallor, ab excubiis horrendi belli nostri intestini tempore solitis petenda. Quæ hactenus de insolitis operis non exigendis diximus, in genere exceptiones varias admittunt, sc. si vel pacto, transactione, præscriptione, consuetudine aliud fuerit inductum & receptum: wann etwan sonderlich Verträg-Urtheil, Abschied, und Gebräuch in contrarium vorhanden; cum quo congruit tritum illud: Geding-Recht bricht Land-Recht, Erhard, *concl.* 22. latè Balthas. *d. c. p. 262.* vid tamen Brunnem. *ad l. 2. C. Ne rust. ad ull. obseq.*

42. De loco, ubinam operæ præstandæ sint: haud exigua inter Dd. controversia est. Magis communiter tamen consentiunt, teste Balth. *c. 14. p. 349.* extra territorium ausserhalb Lands, Zwing und Bann, præstandas non esse, Bayer. L. *tit. 22. art. 6.* Hahn. *ad T. d. O. L.* Brunnem. *ad l. 18. & 20. d. t.* neque de loco ad locum transferendas, Brunnem. *ad l. 12. C. d. O. C. ad 2. de priv. dom. Aug. & ad l. 7. C. de Annon. & tribut.* Carpz. *lib. 1. Resp. 57.* ut si soliti fuerint subditi, à suis habitationibus, ad unam aliquam arcem aut castrum, plaustra, equos, vel alias operas præstare, longiùs evocari non debeant, quod ipsum Cameræ Imperialis præjudicia confirmant in causa der 4. Dörffer im Hatgau, contra Hanau, anno 1553. & 1567. quæ refert Rosenth. *de F. cap. 51. concl. 71. n. 5.* Maul. *tit. 4. n. 11.* nec tamen hæc assertio fallentiis destituitur; limitant enim 1. si ab antiquo aliud obtinuerit; quod tamen ita temperandum monet Erhard. *conclus. 24. lit. B.* ut eodem die remeare possint, daß sie denselben Abend wieder zu Hauß kommen können. vid. tamen Carpzov. *d. C. d. 5. d. 2.* Husan. *c. 6. n. 93.* 2. Si in confinio alterius territorii dominus habitet, & alioquin operæ vel nulli vel parvo forent usui; quas fallentias, cum aliis, vid. apud Erhard. *de conclus.* Besold. *consil. 189.* Balthas. *d. c.* M. D. Myler. *p. 2. c. 72. n. 7.* Maul. *d. t. n. 18. 19.* 3. Si in pactis curialibus (vulgo Ding-Rottel) expressum

Ubi *Opera non præstanda.*

pressum sit, daß dem Herrn die Unterthanen fahren und frohnen müssen, wohin er will, quomodo id intelligendum sit, vid. apud Besold. *in Thes. P.* v. Frohn. *& d. consil.*

*Et cujus sumtibus.*

43. Id quoque non omninò expeditum est, cujusnam sumtibus ac alimentis, domini ne an subditorum, operæ sint exhibendæ? Non enim desunt, qui operas hasce victu ac sumtibus ipsius domini præstandas autument: cùm idem observetur in officialibus libertorum operis, *per l.21.33.50. de O. L.* Brunnem. *ad l.1. C. d. t.* Carpz. *p. 2. C.51. d.6.* utpote à quibus has promanasse, docent post alios Husan. *c.6. n.53.* Klock. *d. c.2. num.33.* vid. Brunnem. *ad l.18. d. t.* Alii discrimen faciunt inter certas & incertas: ita, ut has domini, illas verò suo subditi præstare debeant victu. Stamm. *l.3. c.21. n.5.* Verùm cùm totum hoc Jus consuetudine magis, quàm jure scripto, sit introductum, proinde & illa optima interpres hac in materia perhibeatur, ut aliquoties jam dictum, & testatur Klock. *c.2. n.49.* dicendum videtur, subditos regulariter operarum sumtus ac alimenta ferre debere: Id enim non solum communissimæ Dd. sententiæ, sed & communi observantiæ, ac rebus in Camera Imperiali judicatis, convenire ait Balth. *c.15.* quo præter *l.18. d. O. L.* (quam tamen interpretes ad artificiales operas restringunt, cùm nostræ operæ sint potiùs officiales, Brunnem. *ad d. l.*) facit *l.20. pr. d. t.* quòd unusquisque, quod spospondit, suo impendio præstare debeat, daß ein jeder Debitor seine Schuld, ohn des Creditoris Unkosten, ausrichten soll, Merckelb. *ad Klock. Cons. 6. p. 91.* Mev. *ad p. 5. d. 401.* Carpz. *p. 2. const 51. d.15. n.3.* Et quòd Vasalli etiam, secundum communem Feudistarum opinionem, propriis sumtibus serviant, Struv. *Syntag. F. c.11. th. ult.* Idque communi mixtorum munerum naturæ convenire videtur, *l. f. §.26.27. d. Mun.* Klock. *d. c. 2. n.21.* Nisi tamen specialis consuetudo, pactio, vel alia sufficiens, idonea, ratio aliud suadeat. Vid. Klock. *d. c. n.50.* M. Dn. Myl. *d. c. 72. n.8.* Maul. *d. t. n.20 21.* Add. Brunnem. *ad l.20. n.2. & ad l.23. d. t.* Vid. supra *punct. 3.*

*Instrumenta à quibus comparanda?*

44. Ex dictis & id sequitur, quòd subditi se ipsos instrumentis, sine quibus operas præstare nequeunt: qualia sunt equi, boves, plaustra, aratra & id generis alia. *v. l.8. l.12. de instruct. legat.* suo sumtu instaurare, fractaque reficere debeant, Rosenth. *d. F. c.8. q.22.* Klock. *n.51.* M. D. Myl. *d. c. n.5.* Ut, licet ab hostibus, prædonibus aut inimicis, etiam ipsius domini, ejusmodi instrumenta diri-

diripiantur, aut deteriora reddantur, domini ne sic quidem teneantur, ad damnum illud resarciendum; præterquam enim, quòd nemo ex alterius facto obligetur, sed cuique suum factum nocere debeat, *l.5.§.5. d. N. O. N. l. 155. d. R. J.* prædonum quoque hostiumve incursus, casibus fortuitis annumerantur, quos à nemine præstari, expeditum est, *l.19. Com. l.33. & seq. l.41. Loc. l.23. d. R. J.* Sixt. *de Reg. lib.2.c.13. n.70.* Rümel. *ad A. B. Dissert.3. concl.33.* M. Dn. Myl. *d. c. n.9.* Excipit Erhardus *concl.26. n.1.* nisi ob privatas dominorum inimicitias damnum illud datum sic, *per l.66. sol. mat.* quod verum arbitror, si ipse dominus sua culpâ inimicitiæ causam dederit, per ea, quæ de damno, ab inimico conductoris, in re conducta dato, tractantur *in Disput. Inang. d. inimicitia* sub. M. Dn. Præside *habita.* & quæ latiùs adducit in simili casu Dn. D. Lauterbach. *de pericul. rerum. in soc. conjugal. illat. th.36. & seqq.*

45. Tanta est interdum subjectorum, imprimis hodiernorum rusticorum (quorum mores atro colore depingunt Knichen *d. vest. pact. p.2. c.3. n 49.* Klock. *d. c.2.*) pervicacia & pertinacia, ut licet servitia redigantur in ordinem, eaque sine stipendio exhiberi queant, nihilominus, odio refractario erga superiores, malunt litibus sese implicare, quàm præstare, quæ dominus æqua judicat; ad quam insaniam non rarò à rabulosulis, rabiosulis illis, quos das Würt. Landr. *p.1. tit.17.* Entenmeyer appellat, (von einem verrüfften Auffwickler deß Nahmens, welcher sich im Bauren-Krieg gebrauchen lassen, Klock. *c.15. n.83. de. Contr.*) invitantur. Knich. *d. tr. num.57.* Vicissim tamen & nonnullos dominos cyclopica ac insolita servitia à misellis rusticis extorquere, scelus pro zelo, latrocinium pro patrocinio, stürmen pro schirmen, venditantes, nemini non potest constare, extantque de hoc abusu frequentissimæ interpretum querelæ, quas præter Brunnem. suprà adductum, refert Sixtin *l.2. d. reg. c.13.* Klock. *d. c. n.55.* & Auth. epistolæ illius ad H. Stamm. Utrobique jura subvenire volunt, certis propositis, tam possessoriis, quàm petitoriis, remediis: de quibus consulendi Erhard. *concl.35. & seqq.* Balthas. *c.18.* Maul. *num.17. & seqq.* Mev. *ad Jus Lubec. d. lib.1. tit.3. artic.2. num.19.* Add. Gilm. *rer. jud. Cam. lib.1. dec.8.* ubi relationem habet ex ejusmodi processu; & Tentzel. *c.7.* ubi latissimè de remediis domino contra subditos, & his contra dominos, competentibus agitur. Nec non Klock. *d. c. 2. n. 56.* ubi in specie, an domino contra subditos contumaces admittenda

De *remediis* ratione operarum competentibus.

*& quidem I.* domino contra subditos.

tenda ſint arreſta bonorum, incarceratio perſonarum, pignorationes jumentorum, ſequeſtratio villarum, donec obedientiam præſtent, ſub diſtinctione deciſum videbis: qui rectiſſimè etiam admonet *c.18. n.96.* diſſidiis ejusmodi emergentibus primò verbis, deinde herbis, denique lapidibus, utendum eſſe. Vid. & Berlich. *deciſ. 65.* ubi de pœnis ruſticorum, debita ſervitia præſtare recuſantium, quædam invenies.

II. Subditis contra dominos.

46. Subditi tamen, nimiis ſervitiis & inſolitis operis oppreſſi, à competente judice decens auxilium quærentes, cætera vero obedientes, & ſeſe debita ratione ſubmittentes, ob id in obedientiæ, rebellionis, aut Majeſtatis criminis argui, ideoque puniri, juris ratio non admittit, ut Incluta Facultas Juridica hujus Univerſitatis ante paucos menſes ad caſum ſibi oblatum reſpondit. In genere enim wann Gebott und Verbott von der Obrigkeit kundlich wider Recht, compactata, Verträg, Handlungen, Freyheit, und Immunität, geſchehen, da hätten die Unterthanen auch Fug, alles, doch mit höchſter Beſcheidenheit, zu anden, und wann ihre Andungen, Erweiſungen, Bitten und Flehen nicht conſiderirt werden möchten, ſtünde ihnen bey ordentlichen Richtern Klag einzuwenden bevor, ita tradit inſignis quidam Practicus ex Maul. *tit. 2. & 9. n.117.* Admittendum etiam Gailio *l.1. O.17.* ea propter in Camer. Imp. mandata ſine clauſula adverſus dominos impetrare poſſe; modo tamen cauſæ ſint graves (quales recenſet Maul. *tit. 4. num. 17.*) & veriſimiles: non enim facilis eſſe debet judex in decernendis hujusmodi mandatis, ne ad majorem inobedientiam invitentur ſubditi. R. A. de anno 1594. §. So ſoll auch zum 5. Rhoding. *Pand. Camer. l.1. c.12. p.183.* Hinc Camera inauditis dominis ad nudam ſubditorum inſtantiam hæc mandata non decernit, ſed priùs Principi vel Magiſtratui ejusmodi ſcribit, querelas ſubditorum exponit, & reſponſum requirit: quo accepto, ſi adhuc veriſimiles permaneant, tunc demum hæc mandata decernuntur, Gail. *d. Pign. c.10. V. d. Rec. Imp.* In genere enim proceſſus ſubditis aut civibus contra Magiſtratum proprium, niſi præmiſſis literis informatoriis, (vulgò Bericht-Schreiben) non eſſe decernendos, cautum eſt R. A. *de anno 1654.* §. Benebens. 99. *Comitiolog. Ratisbon. p. 5. p. 269.* Quòd ſi verò ex reſponſo informatorio Magiſtratûs appareat, mandato quidem ſine clauſula locum non eſſe, aliquo tamen remedio ſuccurrendum eſſe, mandatum cum clauſula decerni poſſet, modò

modò præjudicium non fiat privilegiatæ instantiæ, der Außtrag: Maul. *d. l. n. 17.* Vid. omninò Klock. *c. 19. n. 298. & multis seqq.* ubi hoc remedio locum esse ostendit, licet exploratio illa non præcesserit, modò in continenti querelæ Subditorum probabiles reddantur. *Cæterùm quis erit tam intrepidi animi, qui tam potentissimos adversarios in Jus vocare velit? quis erit primus, qui nolam feli appendere audeat?* quærit & queritur Pacif. à Lap. *Monzamb. disc. 11. n. 3. ut proinde in cummuni Litania subditi orare debeant: à tali actione libera nos domine.* quippe

*Curia pauperibus clausa est; dat census honores,*
*Inde gravis judex, inde severus Eques:*

Germani id per adagium exprimunt: Gelt und Gewalt hat Recht; Schwach und Armuth dich schlägt: aut, Gewalt, Geld und Gunst, bricht Recht, Treu, und Kunst. Ut proinde hujusmodi subditis unicum solamen restet: Patientia. Oporteatque subjectos assuescere iterum mori antiquo: Domini, quà juvat, eunt: Oportet semet erigere vulgatis illis: Fortiter ille facit, qui miser esse potest: Item: non esse spuendum adversus Olympum: hæc & alia similia, ut sterilitatem, nimios imbres, & cætere naturæ mala, toleranda esse: oportere cœlum implorare, pro meliori aura; cessantibusque aliquando nimbis, sperare post nubila phœbum; vel tandem omnibus desperatis, cedere malo; ut vulpecula Erinaceo; ut aviculæ accipitri. Vid. *d. Epist. ad Herm. Stamm.* Paucos tamen ante annos in judicio Imperii Rusticos, angariis & parangariis nimium pressos, contra dominum justitiam obtinuisse, refert Fritsch. *d. j. Lustrat. cap. ult. §. 2.* Eadem ratione, in causa Weylmünster contra Nassau decretum fuisse anno 1580. & ejusmodi præjudicia plura existere, refert Sixtin. *d. Regal. l. 2. cap. 13. num. 58.* Sed & in vicinia ante Septennium Rustici quidam in judicio Aulico querelam & litem, propter nimia servitia, ut ipsis videbantur, movere non verebantur, hocque ipso anno, satis tamen acerbam, sententiam, non sine lachrymis, ut mihi quidem relatum, audivêre. Quòd si tamen ipsimet subditi de sævitia domini non conquerantur, nec per alium id fieri curent, ipsum judicem posse & debere ex officio, sine ulla imploratione, iis providere, ne plus æquo onerentur & vexentur, *per l. 6. §. 2. & 3. d. Off. Præsid.* rectè asserit Klock. *c. 19. num. 309.* Sixtin. *d. c. num. 55.*

47. Ac-

*An*, invitis dominis, subditi *alterius protectioni se subjicere possint?*

47. Acriter etiam disputatur, & hoc quoque seculo, contra die Burgauische Beamten, disputatum est ab Illustri Nobilitate, Immediata partis ad Nicrum: An subditis, nimium oneribus, operis, angariis, parangariis & contributionibus, oppressis, permissum sit, etiam invitis ac insciis dominis propriis, se suaque potentioris superiorisque clientelæ mancipare & subjicere? Quod ipsum non pauci asserunt, *per c. 8. & 18. X. d. privil.* Plures tamen id exemplo pessimum, scandalique plenissimum, contra Jus, A. B. recessus Imperii, aliasque constitutiones Imperii esse, multis ostendunt; Und daß solche Beschwerden dannenhero nirgends anderstwo, als bey löblicher beeder Theil ungemitteltem Ober-Haupt Kays. Majest. oder an dero und deß H. Reichsstadt repræsentierend Cammergericht, gebracht, und daselbsten der, zu Noth erforderte, Schutz und Schirm gesucht, so wohl, als Abschaffung ungleicher Beschwerden erhebt und gebetten werden müste: Neque enim subditos aliud adversus Magistratus ordinarium, licet aliud præsidium, patrocinium aut clientelam, quærere aut invocare posse, quàm domini omnium immediatè superioris; veluti ad quem propriè pertineat, querelis inferiorum mederi. Vid. *Instr. P. §. 12. Capitul. Leop. §. 8. & præter Aa.* à Wurms. *Ex. 8. q. 11.* cumulatos, Magn. D. Myl. *c. 18. num. 16. & seqq.* Dn. Bœck. *N. S. R. J. lib. 16. cap. 3.* Dieter. *ad c. 15. A. B.* Knipschilt. *lib. 2. c. 24.* Maul. *d. hom. tit. 11. num. 6. & seqq.* in terminis latissimè Auth. deß ausführlichen Discurs über der Ritterschafft Beschwerden contra Burgau.

Hæc delibasse sufficiat: permulta enim adhuc superessent, quibus hæc materia illustrari potuisset; sed instituti ratio, pedem figere jubet. Te, Benevole L. obnixè rogito, ut, si quid minùs congruè à me dictum observaveris, id tuâ, quâ polles, eruditione, judicio, prudentia, experientia, resarcire, meque benevolentiâ persequi, ne graveris.

*Tibi, Æterne DEUS, sit Laus, Gloria & Honor.*

II. DIS-